



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Caput. II. De Matrimonio secundùm se.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

q. 8. f. 18. quia sic resiliens est injusta causa illarum expensarum & damnorum. Nec verum est, quod annulletur appositio pœnæ contra injustè resilientem, uti dictum est n. 148. Et quamvis annullaretur appositio pœnæ, hæc compensatio non censetur pœna apposita, sed obligatio restituendi de Jure naturæ sequens ad injuriam damnosam.

§. 4. Si quis ab initio inivit sponsalia animo 221. postea etiam ex justa causa recedendi ab eis, v. g. ingrediendi Religionem, tenetur ob rationem jam datam alteri compensare expensas, & damna, quia per dolosam reticentiam fuit injusta causa illorum, *Avers. supra.*

§. 5. Qui suâ culpâ dat alteri justam causam 222. resiliendi à sponsalibus, v. g. si sponsa sit fornicata, ideóque resiliat sponsus, *Sanch. Averf. Gob. n. 381.* rectè dicunt, hanc teneri sponso refundere suas expensas, quia est injusta causa, cur non ineatur Matrimonium, & idem facit, ac si injustè resiliet, quo casu teneretur, uti dictum est. Et hactenus dicta tenent etiam ante sententiam Judicis, si pars altera petat, nec censetur remittere, *Avers. supra.*

CAPUT II.

223.

De Matrimonio secundum se.

DUBIUM I.

Quid sit, qua ejus materia, forma & Minister.

R^{esp.} Est Sacramentum inter baptizatos, quo vir & mulier in unum legitime corpora et consuetudine tradunt ad perpetuam vitæ societatem, & Matrimonium profis suscipiendæ & remedium concupiscen-

I 2

»piscentiæ. Materia ex qua & proxima, est
 »tuus consensus externis signis expressus, quæ
 »tenus habet rationem traditionis. Forma
 »tem est idem consensus, quatenus habet rati-
 »nem acceptationis, *Suar. 10. 3. d. 2. f. 1. a. 1. Sanc. Val.*
 »Minister non est Sacerdos, sed ipsi contrahen-
 »tes, quia hi ponunt materiam & formam
 »Porro Matrimonium dicitur Ratum, quando
 »contractus est factus, etsi non sit secuta copu-
 »læ carnalis: Consummatum verò dicitur, quan-
 »do ea secuta est, *Unde resolves,*
 » I. Validè & licitè contrahi potest cum pactis
 »continentiæ, sine intentione prolis & remota
 »concupiscentiæ. Ratio, quia non pugnat cum
 »essentia Matrimonii: Et patet exemplo B. Vir-
 »ginis & S. Joseph. *Sc. ll. cc.*
 » II. Non videtur licitum contrahere tantum
 »propter voluptatem carnis vel vanitatem, quæ
 »finis debet saltem esse honestus, *Nav. c. 22. m. 1.*
 »*Sanch. l. 2. hic d. 29. q. 3.*
 » III. Licitè contrahitur in remedium concu-
 »piscentiæ, (nihil aliud intendendo) modo
 »proles positivè non impediatur; hoc enim in
 »mortali non licet, *Kon. d. 25. d. 2. n. 16. Pontius*
 »*cap. 21. Hurt. Perez d. 18. f. 7. nu. 6. ex 1. Cor.*
 »Hic etiam conjuges possunt abstinere ab
 »conjugii, & optare, ne plures accipiant liber-
 »quàm possint alere, dummodo, ut dixi, positivè
 »non impediatur, nec abortum procurent, *Pe-*
 »*l. c. Bon. q. 4. p. 1. n. 12. Nav. c. 16. Sc.*
 » IV. Licitè etiam contrahitur ob fines honestos
 »stos extrinsecos, fini intrinseco Sacramenti
 »est mutua animorum conjunctio, & conjugii
 »sanctificatio) non contrarios, v. g. ad pacem
 »ter Regna vel illustres familias componendâ

vel splen-
 contra Sa-
 Hurt. Di-
 Dian. l. c.
 litatem.

V. Val-
 tione ne-
 etiam no-
 men tali-
 nisi adju-
 aliquid c-
 de inval-
 monii vi-
 servat fib-
 dendi d-
Sc. ll. cc.

VI. Co-
 se in gra-
 rem con-
 suscipiunt
 ratore, p-
 dote cop-
 frat Sac-
 C. Ligo d-

VII.
 corpus,
 neratione

VIII.
 verbo,
 tamen e-
 filii cor-
 R. 272. S-
 cedenti,
 de si qui-
 satisfaci-

vel splendorem familiae conservandum, ita
contra *Sanch. & Sylvium*, docent *Præp. Pont. Gaspar*
Hurt. Dia. p. 3. t. 4. R. 219. Perez n. 7. Ubi cum
Dian. l. c. etiam permittit, ob divitias & nobi-
litatem.

V. Valide sed illicitè contrahitur cum inten-
tione negandi debitum, vitandi prolem vel
etiam non educandi, mœchandi, &c. nisi ta-
men talis intentio in pactum deducatur, id est,
nisi adjiciatur tanquam conditio obligans ad
aliquid contrarium essentiae Matrimonii: Un-
de invalidè contrahit, qui vinculum Matri-
monii vult tantùm durare per annum, vel re-
servat sibi potestatem adulterandi vel non red-
dendi debitum deditè exigenti. *vid. Perez s. 6.*
Sc. ll. c.

VI. Contrahentes, ut non peccent, debent ef-
se in gratia, etiam tunc, quando per procurato-
rem contrahunt, quia verum Sacramentum
suscipiunt, licet dormiant: Secus est de procu-
ratore, per quem contrahunt, uti & de Saecr-
dote copulante, quia nec suscipit, nec admini-
strat Sacramentum, sed tantùm ut testis assistit.
C. Lugo de Sacr. d. 8. n. 155.

VII. Conjux habet potestatem in alterius
corpus, sed non ad exercendam libidinem ge-
nerationi adversantem.

VIII. Requiritur consensus de præsentì,
verbo, scripto, aut nutibus expressus; sufficit
tamen exprimere per alium, ut si parentes pro
filiis contrahant, his tacentibus. *V. Dian. p. 3. t. 4.*
R. 272. Sufficit etiam, si alterius consensui præ-
cedenti, & non revocato, alterius accedat: Un-
de si quis coram Parocho non verè consenserit,
satisfacit consentiendo postea. *V. Dian. R. 292.*

» *Quæres, An sufficiat consensus conditionatus*
 » Resp. I. Sufficit conditionatus, sub condi-
 » tione de præterito vel præsentis stante condi-
 » tione, quia tunc contractus non suspenditur
 » Resp. II. Sufficit sub conditione necessa-
 » de futuro, dummodo contrahentes non im-
 » dant suspendere tantisper consensum, v. g. De-
 » co te, si cras sol oriatur. Item sub conditione
 » de futuro impossibili, v. g. si cœlum tetigerit
 » vel de futuro turpi, modò non repugnet sub-
 » stantiæ Matrimonii, & consensus sit absolutus
 » v. g. si patrem occideris. Ratio, quia tales con-
 » ditiones habentur pro non adjectis, *Sanch. l. 1. p. 1.*
 » *15. Molf. Fill. Less. l. 2. ca. 18. d. 15. Laym. Bon.*
 » Resp. III. Non sufficit sub conditione de
 » futuro, quæ sit contra substantiam obligatio-
 » nis matrimonialis, v. g. si prolis generationem
 » impedire velis maleficio, vel victum compar-
 » re adulterio, patet ex c. fin. De condit. *Vid. Sanch.*
 » *d. 10. Kon. d. 29. dub. 3. Fill. &c.*
 » Resp. IV. Consensus sub conditione horum
 » ista de futuro, est contractus sponsalium tan-
 » tum, & non Matrimonii, quia hic debet esse
 » de præsentis. Ob quam rationem non incipit
 » validari Matrimonium sine novo consensu
 » postquam conditio impleta fuerit, ut docet
 » *Tho. cum alii apud Sanch., et si Fill. Lay. & alii quorundam*
 » *putent contrarium esse probabile, eò quod quodam*
 » *contractus celebratus sub conditione horum*
 » *futura, hac impletâ purificetur: Quod com-
 » dit. Bon. q. 2. p. 10. n. 20. si contrahentes in e-*
 » *dem consensu manserint, saltem virtualiter.*

ADDE

A D D E N D A.

Quest. 33. Quid præterea sit notandum circa es- 224.
sentiam, consensum & finem, quo initur Matrimo-
nium. R. §. 1. Matrimonium aliud dicitur
legitimum, aliud ratum, aliud consummatum,
ut dixi n. 2. Hic potissimum agimus de Matrimo-
nio inter fideles rato vel consummato, ali-
qua tamen per decursum dicemus etiam de Ma-
trimonis infidelium.

§. 2. Notat *Sanch.* l. 2. d. 1. n. 2. septem in 225.
Matrimonio intervenire: 1. est mutuus con-
sensus. 2. Externus contractus. 3. Mutua cor-
porum traditio. 4. Vinculum ortum ex illo
contractu. 5. Mutua obligatio ad reddendum
debitum, cohabitandum &c. 6. Jus, quod est in
unoquoque ad alterum. 7. Usus & consumma-
tio Matrimonii. Rectè autem dicit post *Scotum*
Mastr. à n. 4. Matrimonium sumi posse, vel pro
vinculo, vel pro contractu, ex quo resultat vin-
culum, vel pro Sacramento, sive signo sensibili
causativo gratiæ, & ideo Matrimonium à variis
variè definitur secundum variam acceptionem,
attamen secundum communiorem modum lo-
quendi docent *Sanch.* & alii cum *Arcud.* l. 7. c. 1.
contra multos alios cum *Avers.* q. 2. f. 1. essen-
tiam Matrimonii simpliciter, non debere statui
præcisè in mutuo consensu, contractu, traditio-
ne & acceptatione corporum, sed in vinculo con-
jugali significante conjunctionem Christi cum
Ecclesia, cujus quoddammodo causa sit ipse
consensus seu contractus, nam *Florent.* in decre-
to *Eugen. IV.* ad Armen: ait: *Causa efficiens Matrimo-
nii regulariter est mutuus consensus per verba de præ-*
sente

*senti expressus: & ideo S. Th. in supplem. q. 45. ad
 ad 2. ait: dicendum, quod Matrimonium non est
 consensus, sed quaedam unio ordinatorum ad unum, quae
 consensus facit. Et Catech. Rom. hinc c. 1. ait: pars
 Matrimonii naturam & rationem in vinculo illo consistit
 re. Et in eum sensum Alex. III. Cap. Illud, De
 praesumpt. & Justinianus Instit. De patr. potest. in
 principio dicunt: Matrimonium est maris & feminae
 conjunctio, individuan vitae consuetudinem retinens.
 Quae, ut melius explicentur, aliqui addunt, Ma-
 trimonium est conjunctio maritalis viri & feminae
 legitimas personas individuan vitae consuetudinem re-
 tens. Dicitur autem conjunctio maritalis, id est
 fundata in mutua traditione corporum, nam in
 sponsalibus etiam est conjunctio, attamen non
 maritalis, quia haec fundatur in sola promissio-
 ne traditionis corporum: Et additur, inter legiti-
 mas personas, id est, non habentes impedimen-
 tum dirimens. Per individuan vitae consuetudinem
 intelligitur indissolubilitas, quam Matrimo-
 nium affert. Porro allata definitio convenit etiam
 am Matrimonio, quod Sacramentum non est,
 unde prout est Sacramentum, definiri potest
 hoc modo: Sacramentum conjunctionis maritalis dicitur
 vel conjunctio maritalis viri & feminae inter legitimas
 personas, causativa gratiae, & individuan vitae societatem
 retinens.*

Obji. Theologi docent, solam Eucharistiam
 esse Sacramentum permanens, reliqua consistit
 re in actione transeunte. Deinde Sacramentum
 suo usu causat gratiam, sed vinculum suo usu
 non causat gratiam, alias quoties conjuges uterentur
 Matrimonio, acciperent ex opere operato gratiam. R.
 Vinculum physicè loquendo, includit illam actionem
 consentiendi & contra-
 hendi ph
 nitatis in
 Matrimo
 quare in a
 ulu, five
 regratiam
 fendunt.
 includat
 biliter co
 probabili
 dit entita
 Inst. C
 elevavit a
 la consistit
 enim actio
 & causet
 denomin
 tiam, sicut
 noscit,
 sed sicut r
 sola actio
 Obji. 2
 dissolubil
 na, sed h
 conjugale
 summatu
 monium
 lius intrin
 Cap. Insti
 III. Cap. A
 gralis, u
 tam contr
 causativi
 per Matri
 est signu
 hinc
 bilis Chri

hendi physicè transeuntem, sicuti relatio paternitatis includit generationem, & ideo etiam Matrimonium dicitur consistere saltem inadæquatè in actione physicè transeunte, & hoc sui usu, sive hac primâ physicâ sui existentia causare gratiam; hoc non obstantè Auctores citati defendunt, quòd vinculum præter actionem illam includat personas aptas maritaliter & indissolubiliter connexas, sicuti relatio paternitatis in probabili sententia præter generationem includit entitates fundamenti & termini.

Inst. Christus solam actionem contrahendi elevavit ad causandam gratiam, ergo in illa sola consistit Sacramentum. R. n. conseq. cum enim actio illa inclusa in Sacramento, elevetur & causet gratiam, hinc totum Sacramentum denominativè dicitur elevari & causare gratiam, sicuti quia anima inclusa in homine cognoscit, totus homo denominatur cognoscere, sed sicut non ideo sola anima est homo, sic nec sola actio est Sacramentum.

Obji. 2. Matrimonium debet significare indissolubilem unionem Verbi cum natura humana, sed hanc non significat, nisi per copulam conjugalem, nam solum Matrimonium consummatum est indissolubile, non autem Matrimonium ratum, ergo copula debet esse pars illius intrinseca vel essentialis, uti docet *Gratian*; *Cap. Institutum* 27. q. 2. Idem videtur velle *Im.* III. *Cap. Debitum* De bigamis; vel saltem integralis, uti docet *Bellarmin.* R. Totam essentiam tam contractus quàm Sacramenti, id est, signi causativi gratiæ, haberi pro priori ad copulam per Matrimonium ratum, quod etiam hoc ipso est signum representativum unionis indissolubilis Christi cum anima. Fatendum tamen est;

quòd Sacramentum illud in ratione signi re-
 presentativi unionis indissolubilis Verbi cum
 natura humana, sic partialiter includat etiam
 copulam, hac enim solâ non positâ, non est ab-
 soluta indissolubilitas. Et in hoc tantum sensu
 loquuntur *Gravian. & Imoc. III.*

226. §. 3. Quando *Florentinum* dicit, causam effi-
 cientem Matrimonii esse mutuum consensum, videtur per metonymiam ponere effectum pro
 causa, ita ut sensus sit, quòd mutuo consentientes
 sint causa efficiens Matrimonii, physice efficiendo & efficiendo mutuum consensum tan-
 quam materiam, & verba tanquam formam in
 eum modum, quo dicere solemus, verba esse
 effectiva Sacramentorum, idest physice profer-
 rentem verba efficere Sacramentum. Unde mi-
 nus apta est explicatio aliquorum cum *Bosca.*
 1. f. 3. n. 24. qui dicunt, sensum esse, quòd mu-
 tuus consensus sit causa efficiens vinculi sequen-
 tis ex Matrimonio, nam mutuus consensus magis
 tam est causa efficiens, quàm intrinsecum con-
 stitutivum istius vinculi, in quo consistit Matrimo-
 nium. Etiam minus apta videtur explicatio
 eorum, qui cum *Haun.* dicunt sensum esse, quòd
 mutuus consensus sit causa Matrimonii in sensu
 humano, in quantum mutuus consensus imperat
 manifestationem per verba, per quæ homi-
 nes sciunt Matrimonium esse initum, nam *Ca-*
 non dicit esse causam efficientem manifestationis,
 sed Matrimonii ipsius, unde illa explicatio
 videtur torta: deinde, non ipsemet consensus
 sed communiter alia concomitans vel subse-
 quens volitio imperat manifestationem illius
 consensus, & consequenter Matrimonii. De
 que utraque explicatio non videtur esse ad ma-

tem *Com-*
riam &
aliorum
 §. 4.
 3. f. 1.
 tom. 16
Ponrium
 corpora
 sicque co
 ros conj
 ditione
 Deus cu
 care vol
 Matrim
 Quidqu
 nium fo
 ßus est
 menti,
 cramen
 uti habe
 & *Kagl.*
 internè
 n. 608.
 gandi g
 Item, d
 n. 647.
 lis requ
 ligitur e
 externè
 tionem
 est ibid
Averf. q.
 vis ad M
 homine
 tio exte

tem Concilii, cujus finis ibi erat ostendere materiam & formam Matrimonii, uti ostenderat aliorum Sacramentorum.

§. 4. Putant *Valent. Arcud. Cón. Herinx, Avers. q. 227.*

3. f. 1. *Spor.* n. 227. aliique cum *Rayn.* in *Heter.* tom. 16. f. 1. p. 14. n. 5. contra *Sanch.* l. 2. d. 26. *Pontium* & alios, si Deus ex supremo dominio in corpora daret jus viro in feminam & contrà, sicque consociaret mutuo vinculo, illos fore veros conjuges sine celebratione contractus vel traditione mutua, & fortè, inquit *Arcud.* sic fecit Deus cum Adamo & Eva. Et hoc fortè significare voluit *Florent.* dicens, causam efficientem Matrimonii regulariter esse mutuum consensum. Quidquid fit de hoc, de facto ponitur Matrimonium solo mutuo consensu, & solus ille contractus est elevatus à Christo ad rationem Sacramenti, adeoque sine eo consensu non esset Sacramentum, nec in hoc supplere potest Ecclesia, uti habet communis & certa cum *Avers. q. 3. f. 1. & Kagl. n. 49.* consensus autem ille debet verè internè existere, uti constat ex dictis l. 3. p. 2. à n. 608. Item, debet esse cum intentione se obligandi graviter, secundum dicta ibidem, n. 611. Item, debet esse liber à vi & metu, uti dicitur à n. 647. Item, debet esse plenè deliberatus, qualis requiritur ad peccandum mortaliter, uti colligitur ex dictis l. 3. p. 2. à n. 650. Debetque esse externè manifestatus & acceptatus per acceptationem etiam externè manifestatam, uti dictum est ibidem à nu. 654. 656. docetque pluribus *Avers. q. 3. f. 2.* Notat tamen *Mastr.* n. 27. quavis ad Matrimonium, prout est contractus inter homines, nunc necessaria sit aliqua manifestatio externa interni consensûs, tamen si Deus faceret,

ceret, ut duo sibi invicem loqui possent per conceptus vel volitiones internas, uti fit in angelis, tales fore aptos contrahere Matrimonium, quod tamen non esset Sacramentum, cum hoc requirat signum sensibile. Præterea debet consensus esse liber ab inadvertentia, ignorantia & errore circa substantiam, uti constat ex dictis l. 3. p. 2. à n. 612. & de errore iterum dicitur à n. 549. Et de plerisque etiam quoad sponsalia notavit *Busenb.* n. 44. relatus. Quid autem dicendum sit in variis dubiis circa contractus, dicitur l. 3. p. 3. à n. 661. quæ ex parte etiam contractus Matrimonii applicari possunt. Et speciatim hoc quid dicendum sit, si parentes contrahant filium vel filiâ præsentem & tacente, dicam n. 272.

228. §. 5. Consensus ad Matrimonium necessarius debet esse intentio invicem tradendi & acquirendi dominium corporum in ordine ad copulam, attamen non necessariò debet esse intentio copulæ exercendæ, imò nec obligationis proximæ ad illam, uti patet in B. V. & S. Josepho, aliisque multis, sed potest stare, ut firmi inaneant pactum & obligationem nunquam habendi copulam, non enim tenentur vel illo jure copulæ, ergo licet non possint se abdicare jure remoto, tamen possunt se obligare ad non usum, seu exercitium illius, hæc enim non opponuntur, sed stant simul, velle habere & retinere jus ad copulam, & velle obligari ad non utendum jure copulæ, uti patet in conjugibus post Matrimonium consummatum professis, *Averf.* q. 3. l. 3. aliique communissimè. Hinc licet S. Th. S. Bonnav. Sanch. & plures alii videantur dicere Matrimonium esse invalidum, si contrahatur sub conditione non petendi vel non reddendi debet

tum, ta
nac. Hort.
n. 8. Kri
corpus,
dum se h

Dices
quam ut
jus ad
habenda
nirur no
contra ju
adjuncta
duam vi
necessita
tatem à
mittitur

Dices
ait, non
ut mater
vult nul
bere exc

Dices
pugnans
invalidè
habenda
pugnans
gnet ger
nam fec
lis est ta
sentialis
radicali
verò illu
consensu
solurè b
retur, se

tum, tamen melius contradicunt *Vasq. Pont. Bonac. Hort. Perez, Dicast. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 7. n. 8. Krim. à n. 797.* nam traditur dominium in corpus, quod de se utile est, possitque secundo se habere usum.

Dices 1. Jus ad usum equi sine potestate unquam utendi, est inutile, ergo etiam inutile erit jus ad copulam sine potestate copulæ unquam habendæ. *R. n. conf.* Jus ad usum equi supponitur non esse utile, nisi propter usum equi, & contra jus ad usum copulæ habet alias utilitates adjunctas præter usum copulæ, nempe individuum vitæ societatem, mutuam auxilium in necessitate & gubernatione familiæ, immunitatem à fornicatione, quæ cum sua non committitur &c.

Dices 2. S. August. contra Faustum l. 19. c. 26. ait, non ob aliud debet foemina nubere, quam ut mater fiat. *R.* Vel intelligit ordinariè, vel vult nubentem, quæ intendit copulam, non debere excludere intentionem generationis.

Dices 3. Qui contrahit sub conditione repugnante fini essentiali Matrimonii, contrahit invalidè, sed qui contrahit sub conditione non habendi copulam, contrahit sub conditione repugnante fini essentiali Matrimonii, cum repugnet generationi & bono prolis, ergo. *R. n. min.* nam secundum dicenda n. 236. generatio actualis est tantum finis accidentalis Matrimonii, essentialis autem est mutua traditio corporum, & radicalis obligatio reddendi debitum. Pactum verò illud non reddendi debitum, si fiat cum consensu compartis, non obstat positivè vel absolute bono prolis, quæ jus non habet, ut generetur, sed quasi conditionatè, nam ad summum pro-

proles habet jus , ut si fiat copula , non impediat eius generatio.

Dices 4. Si conjuges , qui mutuò promiserunt non uti copulâ , retineant jus ad copulam , ergo utendo copulâ facient & non facient sibi mutuò injuriam : facient , quia agent contra pactum : non facient injuriam , quia nemo facit injuriam utendo jure suo. &c. Facient injuriam. Probationem in contrarium dist. nemo facit injuriam utendo jure suo , non vinculato c. vinculato , n. , & patet , si enim unus mercator pacto se obliget ad non vendendam rem suam , nisi ego prius vendiderim meam , vendendo rem suam facit mihi injuriam. Ex his constat multò magis valiturum Matrimonium , si in eam sub conditione non reddendi debitum , in casu , quo alteri non licebit exigere , uti dicitur in m. 241.

229. §. 6. *Abb. J. Andr. Anchar.* requirunt ad validitatem , ut uterque consensus simul existat , quia uterque constituit contractum , estque causa traditionis & acceptationis. *Led. & Vega* id tantum requirunt , ubi *Trid.* est receptum , quia aliter constare non potest parochi & testibus de utriusque consensu concurrente ad Matrimonium : sed similitas physica non requiritur ratione Sacramenti , uti patet in Sacramento Pœnitentiæ , nec ratione contractûs , cum multi fiant inter absentes per litteras , consensu unius sequente ad consensum alterius , hinc *Navarr.* vult sufficere consensum non esse revocatum , etsi alterius consensus multo tempore postea sequatur , & videtur consentire *Spor. n. 232.* sed intelligi non potest , quòd sufficiat quantacunque distantia temporis , quia contrahentes non censentur

velle se
spectar
32. q.
runt fir
lunt Ca
371. n.
& mor
nere o
illius ,
§. 7.
consen
ceptent
ex parte
hocipso
rit , acc
in me
dicat , e
hilomi
42. Gob.
nium il
luntate
verboru
accipio re
mihi ob
sine acc
ipso acc
poneret
purifica
tus , ergo
Et accep
nem , do
1. Si qu
§. 8.
contract
motos p
velle

velle semper manere suspensi, & diutissime exspectare consensum alterius, hinc *Sanch.* l. 2. d. 32. q. 2. *Pontius* l. 2. c. 16. *Mastr.* n. 31. requirunt simultatem tantum moralem: & idem volunt *Castrop.* d. 2. p. 6. *Avers.* q. 3. s. 6. *Krim.* à n. 371. nempe sufficere simultatem habitualem & moralem, id est, quamdiu censentur permanere consensus, præsertim juxta intentionem illius, qui prior consensit.

§. 7. Secundum antè dicta requiritur, ut 230. consensus interni externè manifestentur & acceptentur, debetque acceptatio consensus esse ex parte utriusque contrahentis, quâ positâ, hoc ipso valet Matrimonium, hinc si *Cajus* dixerit, *accipio te in meam*, & *Berta* responderit, *Et ego te in meum*, licet *Cajus* statim post verba *Bertæ* dicat, ego autem revoco meam voluntatem, nihilominus putant *Lugo* in resp. mor. l. 1. dub. 42. *Gob. tr.* 10. n. 399. *Spor.* n. 232. Matrimonium illud fore validum, dummodo *Cajus* voluntatem non revocaverit ante expressiõnem verborum *Bertæ* completam, quia *Cajus* dicens, *accipio te in meam*, hoc ipso dicit, volo te habere mihi obligatam, obligatio autem *Bertæ* non est sine acceptatione consensus *Bertæ*, ergo hoc ipso acceptabat consensum *Bertæ*, si ipsa illum poneret, ergo hoc ipso, quod sit ille positus, jam purificata est conditio, & consensus est acceptatus, ergo frustra revocat *Cajus* suum consensum. Et acceptatione in posse fieri ante promissionem, docet rectè *Palav.* De Sacram. n. 61. ex L. 1. *Si quis*, junctâ *Glossâ ff. De verb. oblig.*

§. 8. *Canus* putavit Matrimonia solis nutibus 231. contracta non esse Sacramenta, sed surdos & mutos posse contrahere solis nutibus constat ex Cap.

Cap. *Tua*, De sponsal. certum autem videtur non fu
quod tale Matrimonium inter fideles fit Sacram non id
mentum, & cum alii contractus fieri possint Sacram
ne verbis, non est ratio, cur non etiam Matr uti exp
monium, & fortè ideo *Florent.* dixit consensu §. 1
regulariter exprimi per verba. Putavit quide pedim
Con. saltem in illis, qui loqui possunt, necess hant, a
riò requiri verba, sed oppositum tenet commu cam n
nis cum *Mastr.* n. 29. *Mendo* diff. 12. n. 7. muerinc
cap. 1. De despons. impub. in 6. dicitur vale menti,
Matrimonium, si parentes exprimant consen §. 1
sum nomine præsentium, & non contradice inter p
tium. Attamen docent *Led. Rodrig. Sylv. Abru.* sub con
alii sub mortali requiri verba in illis, qui loq ranre e
possunt: *Sanch. Fill.* & alii requirunt sub veno sentiat
tantum, sed *Pont. Castrop.* p. 7. n. 5. *Herinck, Tom* autem
Spor. n. 229. *Krim.* n. 377. dicunt per se nullas res per
esse culpam exprimere alio signo, & videtur durare
sentire *Mastr.* n. 29. dummodo absit pericul tum hu
scandali & dubii de existentia consensûs, deo usque
enim sufficienter exprimi de præsentibus, deo procur
traditio juris ad usum corporum. tire po

232. §. 9. Si in loco, ubi *Trident.* de Parochia §. 1
testibus adhibendis non est receptum, post fides, p
falia sequatur copula, Ecclesia olim præsum ne prop
psit consensum de præsentibus, quo actu fieret aliter
trimonium, quia non debet præsumi delictu scipiati
fornicationis, Cap. *Veniens* 2. Cap. *Is, qui p* cetur. I
& Cap. ult. De sponsal. Si tamen re ipsa abe separet
consensus, Matrimonium non valeret. Et cu prolis a
nunc, ubi *Trid.* receptum est, necessariò deo can. On
contractus fieri coram Parocho & testibus, de bonu
absque his habeatur copula, non fit Matrim impedi
nium, uti patet. Et quamvis Ecclesia fecerit, tur ab a
consensus sive contractus clandestinus solubil
Tom

non sufficiat ad valorem Matrimonii, tamen non ideo mutavit formaliter & proximè hoc Sacramentum, prout à Christo institutum est, uti explicavi in l. 6. p. 1. n. 17.

§. 10. Si uterque falsò existimet subesse impedimentum dirimens, & nihilominus contrahant, an tum valere possit Matrimonium, dicam n. 531. Quid autem sit dicendum, si voluerint contractum, & non rationem Sacramenti, dicam n. 276.

§. 11. Quando Matrimonium contrahitur inter præsentes, præsimitur prior consensisse sub conditione, si alter etiam consentiat durante eodem congressu, quòd si tum non consentiat, censetur consensus prioris defuisse: si autem Matrimonium contrahatur inter absentes per procuratorem vel epistolam, censetur durare consensus prioris tanto tempore, quantum humano modo intercedere debet & solet, usque dum ad alterum perveniat epistola vel procurator, & is datâ congruente morâ consentire possit, ita cum aliis *Spor. n. 232.*

§. 12. Bonum Matrimonii est tripartitum, fides, proles, Sacramentum: in fide attenditur, ne propter vinculum conjugale cum altera vel altero concumbatur. In prole, ut amanter suscipiatur, benignè nutriatur, & religiosè educetur. In Sacramento autem, ut conjugium non separetur, & dimissus aut dimissa, nec causâ prolis alteri jungatur, uti ex *S. Aug.* refertur can. *Omne q. 2. & cap. ult. De condit. appof.* Unde *bonum prolis* exigit, ut in usu Matrimonii non impediatur generatio; *bonum fidei*, ut absteineatur ab adulterio; *bonum Sacramenti* inducit indissolubilitatem. Et quidem ad valorem Matrimonii

monii requiritur consensus saltem implicitus, si contrahendi obligationes procurandi ista bona, quamvis ad valorem non requiratur consensus obligationes illas exequendi, uti recte replicant *Avers.* q. 3. f. 4. & *Krim.* à n. 791.

236. §. 13. Matrimonium in statu innocenti fuit in officium naturæ ad propagandum genus humanum. In lege naturæ & scripta simul in remedium concupiscentiæ: In lege gratiæ ad eosdem fines, & præterea ad rationem Sacramenti elevatum est, secundum dicta n. 10. que finis ejus essentialis mutua corporum unio & radicalis obligatio reddendi debitum: finis accidentalis, sed proprius & primarius, generare & ad Dei cultum educare prolem: secundarius est remedium concupiscentiæ. Extrinsici sunt sanitas corporis, mutuuum matrimonium, pax inter familias, divitiæ, honores, voluptas. Quod si Matrimonium contrahatur ad solos fines extrinsecos non inclusos in intentione Matrimonii, communior est contra *lun & Covarr.* non esse mortale, cum non sit magna deordinatio. Esse tamen veniale putatur *Sanch.* l. 2. d. 29. *Laym.* *Tamb.* quia est deordinatio aliqua, si finis extraneus primò & principaliter intendatur, videturque esse alienum à natura rationali, quòd aliquis operetur absque virtutis. Nihilominus nullum esse peccatum dicunt *Côn. Pont. Spor.* n. 226. *Castrop.* d. 1. p. 1. quia cum fines tales sint honesti saltem indifferentes, non videtur peccatum si quis honesto medio, quale est Matrimonium, velit illos obtinere: sicuti non peccat, si generatione Missæ intendit pingue stipendium. Quod si quid fit de hac sententia, certè admittenda

est, si intendatur sola voluptas copulæ, uti dicitur à n. 294.

§. 14. Si quis præter finem aliquem intrinsicum intendat etiam aliquem extrinsecum, nullo modo peccat, Catech. Rom. c. 3. his verbis: quod si ad eas causas etiam aliæ accedant, quibus homines inducti Matrimonium ineant, atque in habendo uxoris delectu hanc illi præponant, ut heredis relinquendi desiderium, divitiæ, forma, generis splendor, morum similitudo, hujusmodi sanè rationes damnandæ non sunt, cum Matrimonii statui non repugnent, neque enim Gen. 29. Jacob reprehenditur, quod Rachelem ejus pulchritudine illectus Liæ prætulit.

Ex quo fine licita sit copula conjugalis, dicitur à n. 288.

Q. 34. Quid addendum sit circa consensum & Matrimonium conditionatum. R. Matrimonium contrahi posse sub conditione, certum est, quamvis, quamdiu conditio, contingens saltem, impleta non est, suspendatur, & secundum dicta l. 6. p. 1. n. 80. ac dicenda hic n. 242. habeat rationem solum sponsalium, de quibus, quando conditionatè contrahuntur, multa dixi à n. 78. quæ etiam Matrimonio applicari possunt, adhuc tamen hic adde sequentia:

§. 1. Bonum in Matrimonio est triplex, uti dictum est n. 235. Et si conditio adjiciatur opposita uni ex his bonis, Matrimonium est irritum, quia censetur esse contra ejus substantiam, uti definit Greg. IX. Cap. fin. De cond. oppos. his verbis: Si conditiones contra substantiam conjugii imponuntur, puta, si alter dicat alteri, contraho tecum, si, qui generationem prolis evites, vel donec inveniam aliam, vel honore vel facultatibus ditiozem, aut si pro quæstu adulterandam te tradas, matrimonialis contractus, quantum

K 2

zuncun

Handwritten text on the book's spine, including 'E...', '20...', 'H. m.', 'Clau...', 'a Cox', and 'Tom...'.

zuncunq̄ue sit favorabilis, caret effectu, licet alia
 ditiones appositæ in Matrimonio, si turpes aut impo-
 biles fuerint, debeant propter ejus favorem pro non
 jectis haberi. Si itaque ineatur Matrimonium
 conditione, ut sibi liceat copula cum alio,
 contra substantiam, nam finis Matrimonii
 fides seu obligatio se non commiscendi
 alio, secundum dicta n. 235; si autem ineatur
 sub conditione, si mecum furari volueris, hoc
 est contra substantiam, & censetur non adjectum.
 An autem idem dici debeat de sponsalibus con-
 ditionatis, vide dicta n. 82.

239. §. 2. Universaliter hinc supponi debet, quod
 in contractu Matrimonii pro foro conscientie
 standum sit intentione, quam contrahentes
 sciunt se habuisse, qualiscunq̄ue conditio fuerit
 adjecta, uti statim probabitur: E contra, quando
 do dubium est, quâ intentione hæc vel illa con-
 ditio sit adjecta, standum est dispositione
 n. 238. relata. Hinc in dubio, an conditio turpis
 vel impossibilis sit seriò vel joco, aut ex errore
 re adjecta, præsumitur adjecta ex joco vel errore,
 adeoque habetur pro non adjecta, estque
 lidum Matrimonium, tum quia in tali dubio
 præsumi debent voluisse contrahere secundum
 mentem Ecclesiæ, quæ vult tales conditiones
 haberi pro non adjectis, tum etiam, quia in dubio
 bio præsumitur pro valore actus. Et est perinde
 de, sive conditio turpis aut impossibilis sit
 præsentis vel præteriti, sive de futuro, uti
 abilius tenet *Krim.* à n. 842. contra *Silv.* per
 perinde est, sive impossibilitas & turpitudinis
 rit contrahenti cognita sive incognita, uti
 nent *Haun.* & *Krim.* à nu. 837. 847. contra *Silv.*
 Item perinde est, sive conditio sit ex natura

sive tantum per accidens, & de facto impossibilis, *Krim.* à n. 849. contra *Castrop.* Et ratio universalis est, quia Jus canonicum absolute id dicit, non distinguens inter eas conditiones, ergo nec nos distinguere debemus.

§. 3. Cum Ecclesia non possit supplere consensum, si sciretur intentionem fuisse expressè restrictam ad talem conditionem suspensivam, nec aliter consensisse, nisi conditio subsisteret, hac non subsistente consensus esset nullus, uti dixi l. 3. p. 2. num. 599. *Nec obstat*, quod consentiens sciverit conditionem esse impossibilem, adeoque videbatur nihil voluisse, nam ex hoc ipso verum est, consensum illius fuisse nullum. Quomodo autem præterea ab aliis authoribus explicetur textus Juris relatus n. 239. absolute statuens talem conditionem impossibilem vel turpem debere haberi pro non adjecta, item, quando talis conditio adjecta, sit vel non sit suspensiva, fuse habet *Avers.* q. 5. l. 4. & 5. possuntque etiam videri, quæ dixi l. 3. p. 1. n. 588. & à n. 596.

§. 4. *Sanch.* l. 5. d. 11. n. 2. putat non valere Matrimonium initum sub conditione non reddendi debitum in casu, quo alteri non licebit exigere, quia hæc conditio videtur esse contra substantiam Matrimonii, cum auferat jus in corpus alterius, sed oppositum est probabilius, non enim est contra substantiam, cum acquirat & retineat jus remotum ad talem copulam, & privare se possit usu five exercitio illius juris, secundum dicta n. 228. ubi dixi Matrimonium posse iniri sub pacto nunquam petendi vel reddendi debitum. An autem illicitè petens copulam habeat ad hanc jus proximum, & ideo alter

ei teneatur reddere debitum, dicitur à n. 31 sub cond
 242, §. 5. Si conditio sit de præsentis vel præterito conditio
 to, quæ subsistat, Matrimonium hoc ipso scientiam
 tim valet, licet contrahentes nesciant conditionem
 nem subsistere, S. Th. in 4. dist. 29. q. 1. articulo
 quæstiu. 3. Sanch. l. 5. d. 6. Laym. l. 5. tr. 10. p. 10.
 e. 7. n. 1. Fagn. in 4. decret. ad Cap. fin. De condi-
 dit. appof. Pirrh. l. 4. tit. 5. §. 2. n. 3. Avers. q. 1. p. 10.
 1. contra Cón. Et sumitur ex lege, Cum ad præteritum
 37. ff. De rebus creditis: Leg. Institutio, 10. ff. De
 condit. demonstr. Institut. De verb. oblig. §. Con-
 ditio. Ratio est, quia contractus ex voluntate
 contrahentium accipit legem & conditionem
 unde in cit. leg. Institutio, dicitur, quod nulla
 conditio, quæ in præteritum confertur vel
 præfens, idque propterea, quia non suspendit
 actum, qui statim valet vel non valet. Suspen-
 ditur tamen eiusmodi Matrimonium, quoad
 usum, donec sciatur, an conditio sit impleta
 ne; Si autem conditio sit de futuro, Matrimo-
 nium suspenditur, etiam quoad suum esse, in
 que tum adhuc est Matrimonium, sed habet
 sola ratio sponsalium, quamvis enim consensum
 possit esse conditionatus, Matrimonium tamen
 semper est absolutum, neque est ante positam
 conditionem, Sanch. Gob. tr. 9. n. 137. Bosco. Sp.
 n. 227.

Obi. Talis modus contrahendi sub conditio-
 ne ignorata non exprimit determinatè consen-
 sum, tam parùm, quàm si dicas, duco, vel non
 20 te. 2. Ergo etiam valebit, si dicat, duco te,
 Deus prævideat fratrem tuum ante te esse mortuum
 R. ad i. n. aff. nam non habet se indifferenter
 consensum & dissensum, uti in posteriori cap.
 fed determinatè exprimit consensum, quamvis
 sub conditio-
 scientiam
 nexione
 noscibili
 no, ergo
 genti vale-
 facit va-
 met even-
 tu loqui
 ro. Quic-
 facramen-
 Deus cogne-
 §. 6.
 tione, si
 peritis ju-
 conditio-
 la reperer-
 quia pro-
 ris, pri-
 Kroner n.
 n. 461. S.
 relinquo
 se hæc co-
 nium sec-
 tem dubi-
 necne, K
 ideò que
 238. qui
 cenda n.
 §. 7.
 conditio-
 mentum
 spensare
 Bonac. D

sub conditione. Ad 2. n. seq. in primis, quia licet
 conditio illa sit de præsenti quoad divinam præ-
 scientiam, tamen nunc ob intrinsecam con-
 nexionem cum eventu futuro naturaliter incog-
 noscibili, est nunc remota à commercio huma-
 no, ergo non est apta commercio humano exi-
 genti valorem de præsenti: deinde conditio illa
 facit valorem contractus illius pendere ab ipso
 eventum futuro, ergo oportet de tali contra-
 ctu loqui, sicuti si fieret sub conditione de futu-
 ro. Quid dicant authores aliqui, si absolutioni
 sacramentali addatur hæc conditio, *absolvo te, si
 Deus cognoscat, quod cras restitues, dixi l. 6. p. 1. n. 81.*
 §. 6. Potest iniri Matrimonium sub condi- 243.
 tione, *si sis virgo*, idest, si explorata à mulieribus
 peritis judicaris esse virgo. E contra, si sensus
 conditionis appositæ esset hic, si in prima copu-
 la reperero te esse virginem, conditio est turpis,
 quia provocat ad faciendam potestatem corpo-
 ris, priusquam sit verum Matrimonium, ita
Krim. n. 827. cum aliis, Spor. supra, Gob. tr. 10.
n. 461. Si autem sensus sit, *si reipsa sis virgo*, quod
 relinquo tuæ conscientiæ, si sciatur intentam fuisse
 hæc conditio, & ipsa non sit virgo, Matrimo-
 nium secundum dicta n. 240. non valebit, si au-
 tem dubitetur, an conditio sit seriò intentam,
 necne, *Krim. n. 852.* putat censeri non adjectam,
 idèoque valere Matrimonium propter dicta n.
 238. quia est de facto impossibilis, sed vide di-
 cenda n. 248. ad obji. 2.

§. 7. Matrimonium ab impeditis in initum sub 244.
 conditione, *si Papa dispenset*, si sit tale impedi-
 mentum, in quo Papa justè possit & soleat di-
 spensare, valet secundum *Covarr. Angel. Cón. Pont.*
Bonac. Dicast. Sanch. l. 5. d. 8. Krim. à n. 853. &
 alios,

alios, & rationes insinuata sunt n. 84. ubi de
de sponsalibus initis sub conditione, si Pa-
dispenset. Oppositum tenent *Imm. Rosell. Vid. de*
Lugo alique cum *Aversa* q. 5. l. 2. Rationem dant
1. quia personæ tales sunt inhabiles ad contra-
Matrimonium, ergo hic eorum consensus
Matrimonium ab initio est nullus, ergo ut Ma-
trimonium valeat, debet poni novus consensus
2. Si vir fidelis mulieri infideli dicat, *contraham*
cum Matrimonio, si baptizeris; item, si duo fide-
les dicant, *inimus Matrimonium, si comparuerim*
coram Parocho & testibus; item, si conjux dicat
nuptæ, duco te, si uxor mea fuerit mortua &c. utique
nihil faciunt, sed postea impletâ conditione
requiritur novus consensus, quia nempe in illa
circumstantiis sunt omnino inhabiles ad con-
trahendum tale Matrimonium, ergo similiter
in nostro casu. Utraque sententia est probabi-
lis, sed secunda videtur probabilior, hinc ad-
rationem n. 84. allegatam dico non esse factum
consensum contrahentium referri ad tempus
quo habiles erunt, sed debere tum, quando
contrahunt, esse habiles ad contrahendum, ta-
les autem impediti sunt omnino inhabiles ad
contrahendum ullo modo Matrimonium, non
item ad sponsalia, quamvis enim Ecclesia con-
stituendo impedimentum dirimens inhabilitatem
ad contrahendum Matrimonium, tamen non
ideo inhabilitat ad illud promittendum, ut
patet in impuberibus, qui validè promittunt
pro tempore pubertatis, attamen invalidè con-
trahunt etiam pro tempore pubertatis, quâ ha-
bitâ requiritur novus eorum consensus.

245. §. 8. Qui sub conditione de futuro dicit
unam, si ante eventum conditionis ducat aliam

illicite agit, sed valide. Si autem duxerit duas sub conditione tali, cum illa valebit, cum qua conditio prius implebitur, ita *Sanch. Dicast. Gob. tr. 10. n. 472. Spor. supra & n. 182.* Quod si conditio simul impleatur, *Pont.* dicit prius Matrimonium tenere, *Ledesma* dicit valere secundum, *Sanch. & Spor.* cum aliis probabiliter dicunt neutrum valere, quia in *Jure Cap. Ex litteris, De sponsal. dicitur*, quod incertitudo vitiet Matrimonium.

§. 9. Si primus consensus conditionatus fuerit validus, & contrahentes permanferint habiles, seu non impediti, valde probabile est Matrimonium impletâ conditione hoc ipso etiam sine novo consensu esse validum, etiamsi tum dormirent sponsi, uti tenent *Abb. Inn. Hostiens. Paul. Sanch. Lug. Dicast. Castrop. d. 2. p. 11. §. 2. n. 5. Sylv. Avers. q. 5. f. 1. Gob. tr. 10. n. 454. Spor. n. 227. & 237. Krim. n. 483. & 866.* aliique quamvis contradicant *Busenb. & alii*, quos refert *Avers.* Ratio est 1. quia alii contractus conditionati positâ conditione fiunt absoluti sine novo consensu, uti constat ex *Jure apud Aversam*, & dixi cum communi l. 3. p. 2. n. 605. nec aliud disponit Ecclesia circa contractum Matrimonii, ergo. 2. Ideo id verum est in aliis contractibus, quia conditio suspendit eorum valorem, & conditione positâ contractus illi jam sunt absoluti, atqui idem est de contractu Matrimonii, ergo. Hic tamen bene notanda est diversitas inter istos modos contrahendi, quo sponsi dicunt, *accipiam te intra mensem in meum & meam*, si parentes nostri consentiant: & *accipio te in meum & meam, si parentes nostri intra mensem consentiant.* Prior modus est per verbum de futuro sub conditione de futuro, quâ

Ex
20
H. m.
Clau
a Cox
Tom

quâ impletâ habentur sola sponsalia , & ut sit Matrimonium , requiritur alius consensus de præfenti. Posterior modus est per verbum de præfenti sub conditione de futuro , ita ut consensus contrahentium sit modò præfens , quamvis consensus Parentum sit conditio , cui substat quâ conditione positâ jam est Matrimonium prioris consensus contrahentium. An autem quando Matrimonium ita contractum est coram Parocho & testibus sub conditione , postea Parochus & testes debeant saltem rescire de conditione impleta , dicam n. 762.

347. §. 10. Ex dictis colligitur , quid dicendum sit ad hunc Casum : Cajus contrahit cum Bertam dum contraheret , nullâ conditione appositâ , sed paulò antè dixerat audientibus multis se daturum Bertam , si haberet 10. millia aureorum , aliter non ducturum. Post initum Matrimonium rescit Bertam nihil habere , & ideo abstinet à copula.

Quæritur , an Matrimonium censeretur validum. Pro parte affirmativa est 1. quia conditio non est appositâ in contractu. 2. Quia cum non apposuerit conditionem videtur ab eâ recessisse. 3. Credi non potest Cajo dicenti se mente habuisse eam restrictionem , nam Cajus Per tuas De probat. dicitur , nimis indignum est , quod suâ quisque voce dilucidè protestatus est , in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. 4. Quia in dubiis standum est pro valore Matrimonii, Cap. fin. De sent. & re judic. Oppositum probabiliter tenent in simili, Sanch. l. 2. d. 45. q. 2. Pont. l. 4. c. 21. n. 13. Fill. tr. 10. c. 2. Regin. l. 31. c. 14. n. 7. & in nostris terminis Pignat. tom. 9. confidit n. 136. quia voluntas Caji tam expressè declaratur

est in possessione, & censetur permansisse: quod à posteriori colligitur, quia ideo noluit habere copulam: unde *R. ad 1.* Satis est fuisse antea appositam, & non mutatam, censetur enim permansisse virtualiter. *Ad 2.* Contrarium colligitur ex negata copula. *Ad 3.* Hoc intelligitur de nudo testimonio nullâ conjecturâ vel ratione confirmato. *Ad 4.* Regula illa non tenet in casu magnæ disparitatis pro una parte, uti rectè *Sanch. l. 3. d. 15. n. 7.*

§. 11. Huc etiam pertinet sequens casus: Titius coram Parocho & testibus contrahit cum 248. Caja ignota, sub conditione, si sit honesta, id est, honestè semper vixerit: Caja promittit se intra 4. septimanas daturam testimonia honestæ vitæ. Dum hæc expectantur, Titius cognoscit Cajam, de qua postea rescitur, quòd antehac honestè non vixerit.

Queritur, an hoc Matrimonium sit validum. ideo non valere, quia consensus contrahentium pendens à veritate conditionis de præsentis vel præterito, ab initio nullus est, si non subsistat veritas conditionis, *S. Bonav. in 4. dist. 30. Palud. ibid. a. 2. num. 9. conclus. 3. & alii cum Fagnan. in 4. Decretal. Cap. fin. De condit. appof.* Hic autem non subsistebat veritas conditionis, ergo.

Obji. 1. Titius per subsequutam copulam videtur recessisse à conditione, & præsumitur adiecit consensum absolutum. *R. n. ass.* quamvis enim id fortè possit præsumi, si conditio esset de futuro, tamen ubi conditio est de præsentis aut præterito, non ideo, quòd habeatur copula, receditur à conditione, uti rectè *Fagnan. supra* addens hanc esse communem sententiam, quam sequun-

sequuntur Anchar. n. 3. Abb. n. 4. Argal. v. Matrimonium. Covarr. in 4. Decret. p. 2. c. 3. §. 1. n. 13. ubi ait: si post defectum conditionis sequatur copula, perducit ad conjugii præsumptionem, cum jam promissum Matrimonium omnino defecerit. Imò etiam si conditio fuisset de futuro, ex hoc præcisè nihil efficaciter probaretur, uti rectè Gob. tr. 10. num. 457. ubi ait, omnes quos legi docent ex L. in stipulatus. ff. De verb. obl. absolute & sine ulla distinctione inter ratum & consummatum non impleri contractum matrimonialem, sed permanere suspensum, donec impleatur conditio apposita in Matrimonium: & ita dicendum de re ipsa. Ideòque si Titius mansit in constante voluntate non habendi Cajam pro uxore, si deprehenderetur non esse honesta, sanè licet antè illam deprehensionem decies fuisset commixtum carnaliter cum ea, nullum seu ratum, seu consummatum extitisset Matrimonium.

Inf. Ante Trident. censebatur quis per copulam recessisse à conditione, quia Ecclesia, ut excluderet delictum fornicationis, præsumebat accessum esse factum affectu maritali cum consensu puro, uti tenent *Gl. magna circa med. Cap. Per tuas, Silvest. v. Matrimonium. Tiraquell. De retractu convent. ad finem tit. n. 77. Abb. Innoc. Collect. Zabarell. Hostien. Alex. de Nervo, & alii apud Barbosa*, ergo idem dicendum est fieri etiam jam post Trident. *R.* Ante Trident. per copulam censebatur quis recessisse à conditione, quando conditio erat de futuro, c. & hoc conforme *Cap. Per tuas*: Quando conditio erat de præterito aut præsentis, uti in nostro casu est, non cum authoribus ante citatis.

Obji. 2. Conditiones impossibiles vel turpes

adjectæ Matrimonio, & substantiæ illius non
adversantes, habentur pro non adjectis, uti ha-
bet communis & certa, sed conditio, *si es honesta*,
videtur esse impossibilis respectu corruptæ, cum
in præteritum non sit potentia, secundam Ho-
stiens., ergo. 3. Opinionem Hostiens. commu-
niter rejici, quando enim à Matrimonio reji-
ciuntur conditiones impossibiles, intelliguntur
ex solùm, quæ per se sunt tales: uti, *si cælum di-
gitis regeris*, non autem, quæ ex se sunt possi-
biles, & ex accidenti solùm impossibiles, qualis
est conditio, *si es virgo*, *si es honesta*, *Averin. Confil.*
*3. Palud. in 4. dist. 29. q. 2. a. 5. Silvest. verb. Ma-
trimonium 3. q. 8. & alii apud Covarr. supra §. 2. n. 249.*
3. Eagn. supra n. 20.

§. 12. Notat *Avers.* §. ult. moraliter loquen-
do non esse licitum contrahere Matrimonium
sub conditione, nam si est conditio de præsentis
vel præterito, in eam potius inquirendum: si
est de futuro, est expectanda, ut absolute con-
trahi possit, quia iste modus contrahendi sub
conditione est subjectus variis perplexitatibus,
causatque sæpe multa dissidia & lites.

De modis contrahendi Matrimonii sub va-
riis aliis conditionibus videri potest etiam *Avers.*
q. 5. f. 6.

Q. 35. Quid dicendum sit de Matrimonio, quod
Canonisticus contrahit sub conditione, *si conjux maneat
solus*. Casus potest sic proponi: Titius ritu Cal-
vinistico contracturus Matrimonium cum Ti-
tia, intendit expressè, (quamvis intentione
mente reservatâ, uti solent reformati doctiores)
sic contrahere, & non aliter, quàm sub ea con-
ditione, ut si Titia sibi fidem servaverit, &
quamdiu sibi fidem servaverit, velit hanc esse
suam

suam, si fidem non servaverit, neque Titius velit teneri contractu Matrimoniali. Titia postmodum non servat fidem, cuius ubi convicta fuit, Titius per sententiam consistorii declaratur liber à contractu Matrimoniali, daturque facultas ad secunda vota transeundi. *Quæritur*, an Titius nunc catholicus possit transire ad secundas nuptias cum catholica.

251.

§. 1. Negârunt multi Doctores catholici his rationibus: 1. Matrimonium ex natura sua est indissolubile, ergo quando Titius voluit Matrimonium, voluit contractum indissolubilem. 2. Titius vel voluit contractum Matrimoniale secundum substantiam, vel non, si voluit, etiam implicite voluit Sacramentum, vel saltem contractum indissolubilem: si non voluit, ergo nequidem voluit Matrimonium, quod est contra terminos casûs. 3. Matrimonium saltem consummatum Jure divino est indissolubile, uti tenent omnes DD. Catholici, sed Titii Matrimonium est consummatum, quia proles habent, ergo Jure divino est indissolubile. 4. Titius voluit & intendit Matrimonium validum, ergo potius voluit valorem, quàm conditionem repugnantem valori Matrimonii. 5. Titius præsumitur ita animo comparatus, ut si sciret contractum Matrimoniale esse elevatum à Christo ad rationem Sacramenti, esset hoc crediturus & contracturus conformiter institutioni Christi, quæ generalis animi comparatio & intentio prævalet privato errori. 6. Ex animi comparatione prudenter præsumitur, quod Titius interpretativè id malit, quod vult vera Christi Ecclesia, sed hæc vult indissolubilem contractum, ergo & Titius. 7. Habent hæretici generaliter

intentionem
Christus
mentum
duas inte
trahere M
Christus
dissolubil
monium
dissolubil
illa fortit
let prior
universalit
substantia
tractum
tionem
taceat, qu
jecta non f
q. 2. post
Vincent. Ho
si quando
se velle cur
apponant
stantiam M
copulâ erit
habetur in
sta, Cap.
que est co
pis, cum fi
u. Condit
contractib
pati; ubi G
priet tacit
tatem in co
quod con
sta, ad val

intentionem faciendi eo modo contractum, quo Christus instituit, hæc intentio sufficit ad Sacramentum Matrimonii, ergo. 8. Titius habuit duas intentiones contrarias, unam, volo contrahere Matrimonium, sicuti in vera Ecclesia Christus instituit; alteram, volo contrahere dissolubiter in casu fornicationis, ergo Matrimonium Titii potius fuit indissolubile, quam dissolubile. *Prob: conseq.* Inter duas intentiones illa sortitur effectum, quæ prævalet sed prævalet prior, quæ ex suo modo tendendi est magis universalis, ergo. 9. Conditio apposita contra substantiam Matrimonii tunc solum vitiat contractum, quando uterque consentit in appositionem, non autem, si alter contradicat, aut taceat, quia hoc casu perinde se habet, ac si adjecta non fuisset; ita *Fagn. ex Cap. Aliquando. 32. q. 2. post Præpos. Silv. Covarr. Barb. consentiunt Venet. Hostiens. & alii suadentes mulieribus, ut si quando viri ad mulieres alliciendas ostendant se velle cum iis Matrimonium contrahere, & apponant huiusmodi condiciones contra substantiam Matrimonii, ipsæ taceant, secutâ enim copulâ erit Matrimonium.* 10. Conditio turpis habetur in contractu Matrimonii pro non adjecta, *Cap. fin. De condit. appof. atqui conditio, quæ est contra substantiam Matrimonii, est turpis, cum sine peccato impleri non possit, ergo.* 11. Conditio mente retenta nihil operatur in contractibus *L. Cum in plures 60. §. Locator. ff. Locati; ubi Glossa, quis enim est tam stupidus, qui putet tacitam contrahentis cum aliquo voluntatem in contractibus spectandam esse? Adde, quod conditio hæc ex errore speculativo adjecta, ad valorem vel non valorem actus perinde se*

se habeat, ac si adjecta non fuisset. 12. Conferuntur Baptismus ab eo, qui non credit Baptismus esse Sacramentum, ergo etiam ministratur Matrimonium ab eo, qui non credit illud esse Sacramentum, *Gob. tr. 10. Caf. 19. 13.* Præsumptio fori externi stat contra Titium, eò quòd illud iudicabit, quod forinsecus demonstravit foris autem declaravit Matrimonium, ergo confitebitur voluisse Matrimonium contrahere secundum suam naturam, quæ verè insolubilis est, donec sufficienter illum defectum suæ institutionis probaverit. 14. Ex contraria sententia sequetur Matrimonia hæreticorum passim dissolubilia, cum maxima confusione Christianitatis, item proles esse spurias & illegitimas. 15. Sequentur itidem multa inconvenientia iniquissima divortia fient, polygamia incutetur, hæreticæ mulieres horrebunt conjugium. 16. Denique sequitur posse dari contractum matrimonialem purè civilem & dissolubilem, qui pugnet cum natura Matrimonii, cum necessariò versetur circa corpora in perpetuum tradenda, omnis enim matrimonialis contractus versatur circa corpora indissolubiliter tradenda.

252. §. 2. Pro parte affirmativa, supponendum est Punctum difficultatis recidere ad hanc questionem, an consensus Titii ex prævalente intentione fuerit restrictus ad conditionem illam, quæ pugnantem insolubilitati Matrimonii, potestque quæstio habere locum etiam in Catholicis, qui ex invincibili ignorantia putaret probabilem esse sententiam, quam dicunt fuisse Constantini & Catharini docentium, Matrimonium consummatum fidelium Catholicorum

dissolubile quoad vinculum in casu fornicatio-
 nis, ideoque expressè nollet Matrimonium, nisi
 ita solubile, de illo similiter quæri posset, an hoc
 Matrimonium esset validum. *Supponendum 2.*
 Titium & Titiam hæreticos materiales fuisse
 benignaros suæ sectæ, illiusque doctrinæ, quod
 nempe liceret ipsis Matrimonium contrahere
 sub illa conditione, & si frangeretur fides, tran-
 sire ad aliud, nempe per legitimam consistorii
 aut legitimi Superioris decissionem, uti mille-
 nis exemplis scimus Matrimonia quoad vincu-
 lum esse dissoluta in Anglia, Batavia, Palatinatu,
 Helvetia. *Supponendum 3.* Prudenter præsumi,
 nisi aliud constet, quod quisque in agendo ve-
 lit se conformare moribus gentis suæ, item suæ
 sectæ ac doctrinæ in illa propositæ, quam invin-
 cibiliter putat esse unicè veram: hinc præsumi-
 mus materialem hæreticum absque scrupulo
 die Veneris comedere carnes: Calvinistam nol-
 le sumere corpus Christi, Lutheranum velle su-
 mere corpus Christi, sed cum pane. Pari igitur
 jure præsumendum est, si duæ sectæ habeant
 diversa principia circa contractum Matrimo-
 nium, quod utriusque sectatores velint illum inire
 juxta sua principia. His suppositis; Putarunt
 alii Titium posse ducere aliam: Ratio est 1. quia
 prius Matrimonium ab initio fuit nullum, aut
 si fuit aliquod, per quas causas & quomodo fuit
 aliquando contractum, per easdem desit esse.
 Quod Matrimonium Titii arbitrio fuerit nul-
 lum, ita suadetur: Quicumque contrahit Ma-
 trimonium sub conditione pugnante cum sub-
 stantia Matrimonii acceptata ab altero contra-
 hente, & ex tali intentione efficaci ac prævalen-
 te, is contrahit invalidè, atqui Titius contraxit

Matrimonium sub conditione pugnante cum
 substantia Matrimonii acceptata ab altero con-
 trahente, & ex tali intentione efficaci ac præva-
 lente, ergo. *Major est omnium*, & decidit
 Cap. fin. De conditionibus appositis, nam alii
 quin intendent & non intendent Matrimo-
 nium. *Minor prob.* Imprimis Titius contrahens
 sub conditione pugnante, nam contrahens sub
 conditione dissolubilitatis in causa fornicatio-
 nis, contrahit sub conditione pugnante cum
 substantia Matrimonii, Titius contraxit sub
 ista conditione dissolubilitatis, ergo. *Major est*
omnium Catholicorum, & constat ex eodem
 Cap. fin. *Minor patet ex terminis casûs.* Denique
 conditio hæc fuit acceptata ab altero contra-
 hente (quamvis id non sit opus, uti contra Ego-
 Covarr. & alios Canonistas rectè ostendunt. *Po-*
zius l. 3. c. 12. n. 8. Perez d. 16. sect. 5. Hurz. d.
diff. 8. n. 30. Dicast. d. 5. dub. 11. n. 148. Bosjo De
Sacram. d. 1. f. 3. ubi dicit, omnes Theologi
ita sentire) nam uterque contrahens voluit
alteri obligare more in sua religione usitato
& similem alterius obligationem acceptatam
quam credidit ex suæ religionis instituto &
Jure divino non esse absolutè perpetuam, sed
tantum conditionatè, ergo uterque acceptavit
conditionem. Antecedens est certum ex suppo-
2. & 3. consequentia est per se nota. Denique con-
tractus ille essentialiter conditionatus fuit
intentione efficaci ac prævalente, nam Titius
vel habuit duas intentiones, unam universalem,
volo sic contrahere, sicuti debeo in vera Ch-
Ecclesia, & alteram, volo contrahere dissolubili-
casibus mihi juxta principia meæ sectæ licitis, vel
habet unam tantum, contrahendi postea

modo, q
 solutâ &
 pugnante
 cessariò a
 quoad po
 quoad pr
 nes contr
 quæ esse
 ter istas
 prioris, e
 expressè r
 dendo in
 tius non
 monii, n
 stinctum
 traque en
 hendi diss
 minis cas
 cner volu
 est ab a
 tis, & ex
 put; nam
 tio repug
 Matrimo
 non adje
 factò null
 De Matrim
 in eo sit
 esse ex ca
 pudii, ut
 Cui quæst
 spondet:
 non alter
 venientia,
 unumlim
 mo

modo, quidquid dicatur, voluit intentione ab-
 soluta & efficaci contrahere sub conditione
 pugnante cum substantia Matrimonii, quæ ne-
 cessario affert indissolubilitatem, ergo. *Minor*
 quoad posteriorem partem patet ex terminis ;
 quoad priorem, probatur : Inter duas intentio-
 nes contrarias illa est de præfenti prævalens,
 quæ essentialiter est exclusiva alterius, atqui in-
 ter istas intentiones posterior est exclusiva
 prioris, ergo. *Major* est certa : *minor* patet, cum
 expressè non alter velit contrahere, nisi exclu-
 dendo indissolubilitatem, & consequenter Ti-
 tus non voluit efficaciter Sacramentum Matri-
 monii, neque contractum matrimonialem di-
 stinctum à Sacramento & insolubilem, cum u-
 traque enim pugnat expressa intentio contra-
 hendi dissolubiliter, imò facilè quilibet ex ter-
 minis casus deducet, quòd nequidem ineffica-
 citer voluerit contractum indissolubilem. *Ratio*
 est ab auctoritate Cap. fin. De condit. apposi-
 tis, & ex omnibus ferè doctoribus in illud Ca-
 pitulum; nam expressè dicunt, si apponatur condi-
 tio repugnans perpetuitati vel insolubilitati
 Matrimonii, hoc ipso conditionem haberi pro
 non adjecta, hoc est, ita vitiari contractum, ut de
 facto nullus sit. Hinc *Poncius* in append. ad tract.
 De Matrim. l. 9. §. 2. n. 11. quærens : si hæreticus
 in eo sit errore, ut existimet Matrimonium
 esse ex causa dissolubile, & licere libellum re-
 pudii, ut olim in lege ante Christum, quid fiet?
 Cui quæstioni ita in terminis paulò post re-
 spondet : *si verò expressè ita velit contrahere, &*
non aliter, sive eum animum explicet, sive in mente
contineat, nullum est Matrimonium. Idem ex com-
*munitissima habet *Rayn.* ad Cap. fin. supra, item*

Ex
20
H. m.
Claud
a C
Louv

Lug. d. 8. f. 8. Perez, *Dicast. De Matrim. d. 2. dub.*

4. *Avendanno in addit. ad append. p. 1. §. 2. n. 481.*

Ratio 3. est, quia Catholicus sine dubio

magis censetur velle sic contrahere Matrimo-

nium, sicut vult vera Ecclesia, quam hæreticum

quo non obstante, si Catholicus velit contrahere

sub conditione pugnante cum insolubilitate

idque appetiatiuè magis, hoc vitiat contra-

ctum, & Matrimonium illius nullum est, ergo

253. §. 3. Hæc secunda sententia videtur esse pro-

babilior, quia tamen videtur esse aliqua proba-

bilitas pro valore primi illius Matrimonii, quod

est in quadam possessione, putarem saltem pro-

pter scandalum non esse procedendum ad alium

Matrimonium, nisi prius obtentâ Tribunalis

alicujus Catholici declaratione de invaliditate

prioris.

254. §. 4. *Ad rationes oppositas*, est facilis responsio

Ad 1. & 2. Titius voluit Matrimonium & eius

substantiam, non quomocunque confidera-

tam, sed præcisè ut respicientem ritum hære-

corum, idest, ut dissolubilem ex causa forma-

tionis. *Ad 3.* Matrimonium consummatum &

Jure divino insolubile, si sit initum juxta ma-

tutionem Christi, qui voluit intendi indissolu-

bilitatem: aliter initum non est indissolubile

ut patet in Matrimoniis infidelium consu-

matum. *Ad 4.* Intendit Matrimonium validum

sed valore respiciente conditionem dissolubili-

tatis efficaciter appositam, sic autem volens

valorem, simul voluit conditionem pugnante

tem cum valore Matrimonii, quæ posteriori

litio prævalebat, atque ita exercitè excludit

valorem, quem signatè tantum volebat.

Dato Titium sic fuisse comparatum, non

hæc comparatio animi prævaluit præfenti volitioni fundatæ in errore privato, quem invincibiliter putabat esse unicè verum. *Dixi*, dato, nam multi Catholici fugiunt Matrimonium, quia timent se perpetuò alligandos uxori rixosæ, & fortè adulteræ, ergo etiam posset id timere acatholicus, & ideo nolle contrahere, si sciret esse pro omni casu indissolubile. *Ad 6.* præsumitur, quòd appetitiuè id malit, quòd facit Ecclesia sua juxta judicium suum invincibiliter erroneum, non autem quòd facit vera in se Ecclesia Catholica, actu enim præfert suam Ecclesiam Catholicæ, & ex hoc invincibiliter errante judicio præfert ejus modum contrahendi Matrimonium modo contrahendi catholico, ex illa autem comparatione animi, quam ponit objectio, solum sequitur, quòd mallet facere, quòd facit Ecclesia Catholica, si crederet, hanc esse veram, non autem sequitur, quòd de facto malit, uti rectè notant *Pontius*, *Lug. Dicast. Apendice* supra. *Ad 7.* Qui sic intentionem restringunt, uti casus supponit, habent generalem intentionem eo modo contrahendi, quo Christus juxta suam apprehensionem instituit, nempe dissolubiliter. *Ad 8.* Patet ex dictis, nam prævalet intentio contrahendi dissolubiliter, cum expressè se ad hoc restringat. *Ad 9.* nego, quidquid sibi dicitur, nam imprimis cum uterque contrahens sit minister hujus Sacramenti, & simul suscipiens, si solum unius intentio sit nulla, totum Sacramentum est nullum: Deinde hìc utriusque intentio est nulla, cum uterque expressè intendat dissolubilitatem, ergo cum tale Matrimonium ab initio sit nullum, nec mutetur intentio, manet nullum, nec validari potest per copulam

pulam cum eodem errore positam. *Ad 10.* Cap. 10. Iud expressè dicit, si conditiones turpes sint contra substantiam conjugii, puta, *contraho tecum donec inveniam aliam &c.* haberi pro adjecta, & facere Matrimonium esse nullum, talis autem est conditio hæc apposita. *Ad 11.* Lex illa loquitur de foro externo, nam de interno certum est apud omnes conditionem mente retentam, si sit contra substantiam Matrimonii, vitiare contractum. *Bosco. l. c. Perez f. 8. n. 1. & 3.* Quod additur de errore speculativo, nihil est, quia error Titii valde practicius fuit, dirigens actionem contrahendi. *Ad 12.* Si baptizans vel suscipiens Baptismum absolute per prævalentem intentionem non aliter vellet Baptismum, quàm si non esset Sacramentum, Baptismus non esset validus, ut tenent omnes, & in hoc est paritas cum nostro casu. *Ad 13.* præsumptio fori externi est pro eo, quòd Titius more in sua secta usitato contraxerit, id est, solubiler. Et tam parum tenetur Titius probare in foro externo, quòd habuerit expressam intentionem contrahendi dissolubiler, quàm Catholicus teneatur probare intentionem contrahendi indissolubiler, id enim debet æqualiter præsumi de utroque in sua regione bene instructo. *Ad 14.* Loquimur de Matrimoniis initis cum intentione ita restricta prout inuit Titius, an alii ita inceant, nescimus. Quod additur de spuris & illegitimis prohibitis nihil est, nam omnes ferme gentes contrahunt dissolubiler, nec tamen ullus dixerit proles omnes earum esse illegitimas, quia nempe illegitimus non censetur, qui inter gentes extraneo loco civiliter Matrimonio nascitur, tales enim in Imperio & Regnis plerisque admittuntur.

hæredi
pallim
Gob. in
ex Mat
nam.
vortium
te per
priori
veniret
nymph
enim ta
se præd
esse ser
quale M
re civil
vel alite
Titium
postea c
inter sp
monii f
§. 5.
sciatur,
expressa
bilitate
tentio
Christi
leret ad
sequent
catholi
valida,
rationib
cum ali
positum
Et quan
hæ

hæreditates etiam Catholicorum. Adde, quòd passim teneant DD. cum *Sanch.* l. 8. d. 34. n. 36. *Gob.* in *Quin.* tr. 5. c. 37. n. 247. prolem natam ex Matrimonio bonâ fide contracto esse legitimam. *Ad 15.* Non est, quod ista timeantur. Divortium in casu adulterii esset justum. Desinente per legitimam Judicis sententiam opinione prioris existimati Matrimonii, alterum superveniret sine polygamia. Hæreticæ absque paranympis Theologis inventient sponfos, putant enim tam masculi quàm fœminæ apud eos se esse prædestinatos ad opera carnis, & impossibile esse servare castitatem. *Ad 16.* Sive illud quale Matrimonium nominetur contractus purè civilis, contractus Matrimonialis dissolubilis, vel aliter, ad rem non facit, cum verum maneat, Titium posse transire ad alia vota. De cætero postea dicam à n. 411. contractum de præsentibus inter sponfos vel non valere in ratione Matrimonii simpliciter, vel esse indissolubilem.

§. 5. Hæc dicta non habent locum, si non sciatur, quòd alteruter contrahentium habuerit expressam intentionem ita restrictam ad dissolubilitatem, tum enim præsumitur, quòd intentio contrahendi secundum institutionem Christi prævaluerit, & quòd intenderint, ut valeret actus, prout valere potuit & debuit. Consequenter dicendum est, quòd Matrimonia a Catholicorum ordinariè censerentur non possint invalida, & hoc satis evincunt saltem aliquæ ex rationibus num. 251. allatis, ac ita tenet etiam cum aliis *Gob.* in exp. tr. 10. n. 707. dicens oppositum sibi non ampliùs videri esse probabile. Et quamvis probabile esset, tamen secundum

dicenda à nu. 527. standum esset Matrimonio
quod in possessione est.

256. Q. 36. Quid notandum sit circa illum, qui
tantum consentit. R. §. 1. Qui fingit se confes-
sione, peccat, imprimis peccato sacrilegii contra
reverentiam Sacramenti, in quantum Minister
est, & falso absque justa causa sine intentione
adhibet signa Sacramenti. Deinde contra iusti-
tiam, quia in contractu oneroso, si unus boni
fide ponat partem suam, habet jus, ut etiam al-
ter adjiciat suam, & sic ponatur æqualitas, *Arz.*
q. 3. f. 1. *Gob. tr.* 10. n. 411. Quid dicendum sit
si quis metu gravi cogatur inire Matrimonium,
quod sit invalidum, dicitur n. 660.

257. §. 2. Qui fictè contraxit Matrimonium, si
secuta sit copula siue non, regulariter tenetur
fœminam illam ducere, si hæc non sit usæ fran-
de, quia alioqui per injuriam fit ei damnum no-
tabile, tum in fama, tum in fortunis & condi-
tione vitæ, nam nulli alteri permittetur nubere,
cùm prius Matrimonium præsumatur fuisse
validum, *Sanch. Lug. De just. d.* 12. nu. 36. in-
nuens contra *Sanch.* raro excusare disparitatem
conditionis, nam quando ipse comparebat cor-
am Parocho & testibus, non poterat prudent-
ter præsumi fictio, non enim poterat præsumi
velle illudere Ecclesiæ, ergo puella prudenter
putavit se per Matrimonium illud elevatam esse
ad dignitatem conjugis, à qua deturbari non
debet. Dixi, regulariter, nam si puellæ nullum
sequeretur damnum, eò quòd Matrimonium
non esset ita publicè notum, putat *Sanch. l. 1. d.*
11. n. 5. deceptorem non teneri ducere, quod
Castrop. & Krim. n. 529. reputant probabile, quod
uterque manet æqualiter liber ad alias nuptias

imò putant aliqui, quamvis damnum causatum esset puellæ, deceptorem non teneri hoc resarcire, determinatè eam ducendo, sed satis esse, si aliter, v.g. augendo dotem. Oppositum probabilius tenent alii cum Pontio l. 2. c. 5. n. 5. secundum illa, quæ dixi à n. 69. Et probat pluribus Kugl. à n. 72. etiamsi uterque dicat se fictè consensisse, eis non credi pro foro externo, quia præsumitur in favorem Matrimonii & prolium.

Q. 37. Quid notandum sit circa Matrimonium, quod ^{258.}

inter absentes contrahitur. R. §. 1. Inter absentes potest contrahi Matrimonium, imprimis per procuratorem, uti constat ex Can. Honorantur, q. 2. & Cap. fin. De procurat. in 6. Deinde per litteras, uti habetur L. Mulierem ff. De ritu nuptiar. & L. Sufficit ff. De sponsal. nec ullibi improbat Jus canonicum, quidquid contradicat De Luca ad Trid. d. 26. nu. 29. Denique per nuncios. Ratio universalis est, quia etiam alii contractus possunt istis modis fieri inter absentes, & in ordine ad contractus potest quis per alium, quod potest facere per seipsum; item, qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per seipsum, Reg. 68. & 72. Jur. in 6.

§. 2. Cap. fin. De procurat. in 6. sic statuitur: ^{259.}

Procurator non aliter censetur idoneus ad Matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum habuerit speciale, & quamvis aliàs is, qui constituitur ad negotia procurator, alium dare possit, in hoc tamen casu non poterit deputare alium, nisi hoc idem specialiter sit commissum. Unde requiritur, imprimis actus ipsius principalis, qui mandet procuratori, ut suo nomine contrahat cum certa persona, uti habet communis cum Krim. n. 564. quamvis Cón. & Avers. q. 3. l. 5. putent sufficere, si mandarit etiam genera-

neraliter cum illa, quam procurator elegerit nec opus est, ut hoc mandatum fiat coram Parocho & testibus. Deinde requiritur actus procuratoris exprimentis eoram Parocho & testibus consensum sui principalis per hæc vel æquivalentia verba, *Titus accipit Cajam in uxorem mediante me: Caya accipit Titium in virum mediante me* &c. Putantque *Led. & Sanch.* sola verba principalis spectare ad essentiam hujus Sacramenti sed *Hurt. Mastr. Pont. l. 1. c. 10. n. 6. Avers.* supra dicunt etiam verba procuratoris spectare ad essentiam, quia his solis sublatis mandans non censetur sufficienter in ordine ad hunc contractum manifestare suum consensum: nec inde requiritur procuratores esse partialiter Ministros aut debere esse in statu gratiæ, quia non agunt nomine suo sed principalium, adeoque actus procuratorum reputatur esse actus principalium.

260. §. 3. Si principalis esset factus perpetuus mens eo tempore, quo per procuratorem completur contractus, *Pontius, Lugo De Sacram. d. 1. n. 108. Diana, Aversa f. 6.* dicunt Matrimonium fore invalidum, quia sicuti mandatum expirat morte mandantis, ita videtur expirare mandante facto furioso vel amente, uti habetur *Qui servum n. 47. & L. Si quis alicui 48. ff. De acquir. hæredit. & observat Molin. De just. tom. d. 552.* E contra *Sanch. Henriq. Cón. Bonac. De Sacram. d. 19. à n. 34.* dicunt valere, sicuti valet Baptismus & absolutio data lapsa in insaniam: nec simile est de morte & amentia maximè cum amens maneat aptus copulæ & generationi, qui est finis Matrimonii.

261. §. 4. Si principalis etiam internè tantum

vocet consensum, antequam procurator officium suum expleverit, Cap. fin. De procur. in 6. sic dicitur: *Sane si procurator, antequam contraxerit, a Domino fuerit revocatus, contractum postmodum Matrimonium ab eodem (licet tam ipse, quam ea, cum qua contraxerit, revocationem huiusmodi penitus ignorent) nullius momenti existit, cum illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere nequivit. Et ratio est, quia nec Jus, nec Ecclesia in hoc contractu possunt supplere consensum in traditionem corporum, quorum dominium non habent, quamvis possint & sæpe suppleant in aliis contractibus circa res temporales, quarum dominium altum est apud Principem vel Rempublicam. Quod si prius volueris, postea revoces, & iterum consentias, antequam procurator mandatum expleverit, valebit Matrimonium, quia prior consensus moraliter rediit, & adest, quando contrahitur, Sanch. Krim. n. 565.*

§. 5. Si fidei consensisti, quando mittebas procuratorem, sed postea ferio consentias, quando ille mandatum exequitur, *Henriq. & Sanch. dicunt valere, quia tum adest consensus requisitus. Con. Spor. Krim. n. 564. probabilius dicunt non valere, quia, cum constitutio procuratoris initio fuerit nulla, & ipse ex vi illius agat, agit ex nulla potestate, neque est verus procurator, neque agit nomine alterius, cum non acceperit commissionem. Attamen fatentur, quod per quemcunque consensum consequentem & actum, quo postea tractat conjugem ut suam, confirmetur Matrimonium.*

§. 6. Procurator potest esse diversi sexus ab illo, nomine cuius contrahit, unde potest femina contrahere pro viro, agit enim non suo, sed alterius

E. 2. 0.
H. m.
Clau.
a. C. m.
L. o. m. m.

C. 1.

terius nomine, *Avers. l. 5. rectè addens, nec requiri certam ætatem, quia quamvis Cap. Q. generaliter, De procurat. in 6. dicatur, procuratores ad negotia debere esse 17. annorum, tamen id non est de valore, nec requiritur in Matrimonio, in quo non exigitur industria procuratorum, sed tantum manifestatio consensûs, hinc nequidem requiritur, ut sit pubes, Sanch. l. 3. d. 1. n. 8. Krim. n. 2185.*

264. §. 7. Si contrahatur per litteras, sponsus scribere debet, quòd se tradat in Matrimonium & sponsam acceptet in uxorem, sponsa autem eorum Parocho & testibus dicere debet vicissim quòd eum acceptet in maritum, & se tradat in uxorem, sicque erit actuale Matrimonium, etiamsi ille, qui scripsit, tum actu dormiat; *Casus d. 2. p. 9. Spor. n. 234. Quòd si uterque per litteras agat, debet uterque alterius litteras legere coram Parocho & testibus.*

265. §. 8. Per nuntios contrahitur, si hi utriusque mittentis traditionem & acceptationem significant coram Parocho & testibus: Debentque eadem observari, quæ de contractu per procuratorem dicta sunt. Per hoc autem distinguuntur modi contrahendi per procuratores & nuntios, quòd procuratores representent principales & eorum nomine contrahant, nuntii autem nudè significant voluntatem principalium, quod etiam litteræ solùm agunt.

266. Q. 38. *Actuale Matrimonium inter absentes contrahitur, nunc post Trid. habeat rationem Sacramenti. 1. negant Silv. Canus, Ledesm. Rebell. Cajet. Vial. Et alii que. r. quia sicuti collatio Sacramenti est actio personalis, ita etiam reacceptio videtur debere esse actio personalis, adeòque nullum Sacramenti*

tum videtur confici posse vel recipi, nisi Minister & subiectum sint sibi præsentes. 2. Quia, quamvis sententia judicialis possit ferri circa absentes, tamen absolutio sacramentalis non valet ad absentem. 3. Videtur absurdum dicere, quod aliquis dormiens, quando procuratores complent contractum, recipiat gratiam Sacramenti. 4. *Trident.* vult virum & mulierem interrogari de mutuo consensu, ergo vult esse præsentes.

§. 2. Oppositum probabilius tenent *Imm. Co- 267.*
par. Palud. Scor. Sor. Valent. Navarr. Sanch. l. 2. d.
11. Pont. l. 1. c. 10. Mendo diss. 12. n. 9. Avers. q. 1.
L. 5. Mastr. n. 14. Krim. n. 346. & 2460. quam sententiam *Castrop.* vocat verissimam, *Tann. & Gob.*
tr. 10. n. 388. dicunt temeritatis esse damnandum, qui hoc tempore id negaret; ratio est 1. quia ratio contractus matrimonialis inter fideles non est separabilis à ratione Sacramenti, uti dicitur à n. 275. ergo si Matrimonium inter absentes valeat in ratione contractus, etiam valet in ratione Sacramenti. 2. Si Matrimonium inter absentes non esset Sacramentum, Ecclesia positivè non permetteret, sed potius prohiberet illud sic contrahi, vult enim semper suscipi Sacramentum, quando initur Matrimonium. 3. Si tantum alteruter contrahat per procuratorem, litteras vel nuntium, ponitur Sacramentum, saltem ex parte præsents, uti plerique etiam ex Adversariis fatentur, ergo etiam ex parte alterius, quia hoc Sacramentum est essentialiter duorum. 4. Quando ita contrahitur, principales censentur contrahere per se, & reipsa per ipsos censentur poni materia, forma & intentio Sacramenti, ergo non est ratio, cur non ponatur Sacramentum.

§. 3.

§. 3. Ad 1. rationem oppositam n. ass. id enim specialiter convenit Sacramento Matrimonii quod sequitur rationem contractus. Ad 2. Rescimus per declarationem Ecclesiæ, secundum dicta l. 6. p. 2. n. 1195. nihil autem simile, sed potius oppositum declaravit de Matrimonio: ratio disparitatis est, quia secundum ibidem dicta nu. 1200. absolutio sacramentalis requirit verba formalia ipsiusmet Ministri, directa ad præsentem, non solemus autem verbis formalibus alloqui absentem: è contrà, Matrimonium contrahi potest scripto, vel aliis signis significativis consensûs, quæ pro absentibus sufficienter poni possunt per alios ad id deputatos: & propterea etiam absolutio à censuris non requirit verba formalia fieri potest scripto ad absentem. Ad 3. n. ass. nam qui dolens & confessus incidit in amentiam, aut in somnum lethargicum, si hoc moribundus absolvatur, suscipit Sacramentum, & gratiam Sacramenti, uti omnes fatentur. Ad 4. *Trid.* ibi tantum præscribit hoc pro ordinario modo, quo Matrimonium contrahitur, neque hoc est de essentia, neque *Trid.* in hoc puncto aliquid innovavit diversum ab antiquo Jure canonico, imò hoc ipsum fieri potest, quando contractus fit per procuratores, nam in ipso interrogantur & respondent principales: quæ etiam faciunt per internuntios & litteras. *At* *men Aversa* in fine non malè addit, ad majorem securitatem & ad tollendum illud dubium, quod ex ipsa sententia posset oriri, juvabit, si postea contrahentes quando erunt sibi presentes iterum privatim inter se percipiant mutuum consensum, ut in omni casu perficiatur vera ratio Sacramenti, & ejus fructus indubitanter percipiatur.

absolutum p
Rom. in F.
ut quoties
Parocho &
tum cõfero
ad eum me
fello ejus
effectu nov
elle, si long
ceperint, si
renovare v
que exem
Magr. n. 18
lius contra
sus sapius n
tionis relig
professio, i
ratio in utr
ni & profes
fessionis in
professe, in
traditionis
poni incept
sine tradita
ergo nec an
inter ta
cum Matri
curata conf
non significa
tus peccati
mitti, sec
Q. 40. Q
quod d
presumptio

Q. 39. An Matrimonium semel recte initum & non
 dissolutum possit inter eosdem sepius iniri. R. Affirmat
 Regn. in Heter. tom. 16. f. 1. pu. 14. n. 34. ita,
 ut quoties ex rationabili causa renovatur coram
 Parocho & testibus, toties iterum fiat Sacramen-
 tum cōferens novam gratiam ex opere operato,
 ad eum modum, quo repeti sepius potest con-
 fessio ejusdem peccati cum novo Sacramento &
 effectu novæ gratiæ; causam rationabilem dicit
 esse, si longo tempore copulati prolem non sus-
 ceperint, si hætenus vixerint in jurgiis, & jam
 renovare velint amorem mutuum &c. probat-
 que exemplis effectus bonos inde secutos. *Avers.*
Magr. n. 18. Lug. de pœnit. d. 13. n. 83. probabi-
 lius contradicunt, quamvis enim possit consen-
 sus sepius renovari, uti renovantur vota profes-
 sionis religiosæ, attamen sicut tunc non est nova
 confessio, ita nec hîc novum Sacramentum: &
 ratio in utroque est, quia contractus Matrimo-
 nii & confessio consistunt in introductione pos-
 sessionis in dominium corporum vel personæ
 professæ, introductio autem sonat inceptionem
 traditionis, ergo cum postea non amplius possit
 inceptio traditionis corporum, cum enim
 hæc tradita & acceptata, non amplius sunt sua,
 ergo nec amplius tradi possunt, ergo nec pote-
 rit inter tales repeti contractus aut Sacramen-
 tum Matrimonii. Ex quo patet disparitas de
 iterata confessione ejusdem peccati, hæc enim
 non significat ejusmodi inceptionem remissio-
 nis peccati, cum idem peccatum possit sepius
 remitti, secundum dicta l. 6. p. 2. n. 589.

Q. 40. Quomodo præsumatur, aut quomodo pro-
 sumatur, quod Matrimonium sit initum. R. Quid sit
 præsumptio, & quæ communiter regulæ ad-
 mittantur.

mittantur circa illam, dixi l. 4. à n. 1434. Hinc de præsumptione Matrimonii,

§. 1. Matrimonium præsumitur, 1. ex verbis, quibus contractus Matrimonii iniri solet de quibus fusè habent *Gob. tr. 10. Spor. nu. 138. Kugl. à n. 56.* 2. Ex hoc, quòd contractus Matrimonium consummârint, etiamsi unus nunc dicat, se fictè consensisse, quia non debet ei fides, secundùm dicenda n. 307. 3. Ex solenni deductione sponsæ ad domum viri. 4. Ex cohabitatione 10. annorum, quando adest facta vicinæ, quòd vir mulierem in lecto & mensâ ut uxorem habuerit: Et ita intelligendum videtur *Cap. Ad id, 21. De sponsal. & Matr. Clemens III. de aliqua, quæ per annum & diutius permanserat cum viro, dicit, videri consensisse, nempe accedentibus aliis signis: cætero nuda cohabitatio etiam per longum tempus non facit certam præsumptionem Matrimonii ad favorem conjugum, quamvis etiam faciat ad favorem prolium, ut censeantur legitima, uti *Sperel. Decif. 175. à n. 27. ex Jur. AA.* 5. Etiam præsumitur ex publico instrumento coram 3. testibus factò, *Schild. tr. 6. c. 3. §. 3. 6.* Ex libro Parochi, qui inscripsit, *Barth. alii cum Kugl. n. 70.* Notandum tamen hic, quòd nulla quantumcunque magna præsumptio faciat Matrimonium valere, si reipsa non fuerit consensus, vel aliquid essentialiter requisitum, quia *præsumptio cedit veritati*, arg. *L. Continuus. 137. ff. De verb. oblig. & L. ult. ff. Quod metus causa: Latè Tusch. v. Præsumptio con-**

612. & constabit ex dicendis n. 272. 274.

271. §. 2. Si prius Matrimonium sit tantùm præsumptivè verum, & posterius sit certò in-

tum omni solemnitate, docet *Schild.* §. 7. adhuc esse standum pro priore, quia sicut pro primo stat præsumptio valoris, ita pro secundo stat præsumptio nullitatis: sed oppositum tenendum est secundum dicenda n. 679.

§. 3. Quamvis Cap. un. §. Porro. De despons. 278. imp. in 6. Filius vel filia, si præsens sit, dum patrens nomine ipsius contrahit (vel etiam absens, & postea sciat ac taceat) & omni secluso metu non contradicat, præsumatur consentire, tamen in foro conscientia hæc præsumptio locum non habet, si filius vel filia dicat, se non consensisse, sed ob reverentiam parentis tacuisse, quia in foro interno, sicuti creditur dicenti contra se, ita etiam pro se: Regula autem juris 43. in 6. qui tacet consentire videtur, rectè explicatur per reg. 44. ibid. qui tacet, non fatetur, sed nec utique negare videtur, cum taciturnitas sit aliquid indifferens ad consensum & dissensum: pro quo *Sanch.* l. 1. d. 5. n. 5. & d. 6. n. 11. *Delb.* De imm. eccles. c. 8. d. 19. à n. 27. & alii dicunt, quòd tacens consentire censeatur, 1. si agatur de ejus commodo & favore, non, si de incommodo vel præjudicio. 2. Si det signum interni consensûs, ut si talis sponsa tacens admitteret annulum à spondente, vel ejus manum acciperet. 3. Si aliàs negare vel contradicere deberet. An autem talis metus reverentialis impediatur valorem consentia, dicam n. 657.

§. 4. Quando agitur de valore Matrimonii, 278. sufficiunt quicumque testes: è contrà, quando agitur pro invaliditate illius, quamvis rati tantum, communis sententia est, quòd requirantur testes omni exceptione majores, uti habent *Jura & Authores apud Sperel. decis. 75. ubi notat*
Tap. VIII. M sequen-

sequentia, 1. si varietas attestatorum in substantialibus laceret & conquasset depositiones, sunt tanquam singulares testes. 2. Etiam si agitur pro dissolvendo Matrimonio, domestici & familiares, si reliqua habeant, non ideo possunt repelli. 3. Etiam hic fieri potest, ut numerus testium, si nempe sint ultra tres, suppleat defectum aliquem. 4. Quando agitur de causa dissolvendi Matrimonium intra domesticos pariter illata, domestici & familiares habentur tanquam omni exceptione majores, tum quia presumuntur melius scire, quam extranei, tum etiam, quia saepe tales causae, v. g. metus injectus, verberationes, minae, non fiunt coram extraneis. 5. Quamvis aliquis fuerit famulus, dum causa dissolvendi posita est, si tamen non amplius sit famulus, dum testatur, non obstat, cum cessarit praesumptio nimiae reverentiae vel amoris. 6. Non ideo contraria sunt testimonia quod unus plus testetur, quam alter. 7. Si causa invaliditatis Matrimonii sit plus quam semel plenè probata, potest etiam mulieri, contra quam aliàs nulla est exceptio, injungi juramentum suppletorium. 8. Quamvis quis testetur ex auditu, si Authores dicti repellantur, etiam repelluntur testes, quia plus non creditur copiam quam originali, plus non creditur referentiam quam relato. Hæc omnia fusè deducit & probat *Sperel.*, partim l. c. partim decis. 79. n. De testibus plura addam à n. 757.

174. Q. 41. An Matrimonium pro foro interno non debet, possit pro foro externo censeri validum, & dispensationem sit agendum. R. Constat ex resolutione illius casus: Titius appromisso Matrimonio cum Cajam impregnat Cajam ancillam suam, & quia postea

ducere non vult, persuadet Cajæ vicinæ partui,
 & Dulo servo suo, ut ineant Matrimonium,
 impetrâque illis ab Ordinario facultatem con-
 trahendi sine proclamationibus coram quo-
 cunque Parocho, quod etiam fit præsentibus
 testibus. Pro majore elucidatione: *Notandum*
 1. Nec Dulum nec Cajam unquam locutos esse
 de Matrimonio ineundo, aut de subeunda ulla
 obligatione vi hujus actionis, nec ullum un-
 quam carnis tactum ante vel post ab invicem
 præterdisse, imò inter ipsos convenisse, quòd
 vellent facere in speciem ad placendum Titio,
 & reportandam ab eo pecuniam: Titius autem
 hanc comœdiam adornavit merè, ut se à Caja
 expediret, disposito Dulo, ut se patrem prolis
 mentiretur. 2. Postquam sic dispositi compa-
 paruerant coram Parocho & testibus, renovâ-
 runt contractum, quòd vi hujus fabulæ nun-
 quam aliquid prætenderent ab invicem, & sic
 cœcesserunt, neque postea ulla cohabitatio, fa-
 miliaritas aut correspondentia inter ipsos fuit.
 3. Caja postea instructa, quòd nubere non pos-
 set, nisi habitâ certitudine de morte Duli, de
 eo nil rescire potest intra decem annos, & quia
 in periculo incontinentiæ, *Queritur*, 1. an
 alteri nubere possit. 2. An si Dulus casu rediens
 negaret contractum, de nihil prætendendo ab
 invicem, Caja posset in foro externo prohiberi,
 ut alteri nubat. 3. An etiam posset cogi ad co-
 habitationem. 4. An etiam ad redditionem
 indebiti. 5. An ut nunc alteri nubat, indigeat
 dispensatione vel declaratione de Matrimonii
 nullitate. 6. An, & à quo, quibûsque modis,
 tam petet ac impetrabit. R. Tale Matrimo-
 nium pro foro quidem interno esse invalidum

E. J.
 2. 0.
 H. m.
 Claudi
 a C. m.
 L. m. VII
 C. 1.

ob defectum consensûs, uti definit *Im. III. Cap. Tua nos*, De sponsal. & Matr. in foro tamen externo non haberi validum, cum enim contractum sit in facie Ecclesiæ, est præsumptio & certa possessio pro illo, secundum dicenda n. 679. Unde de singulas quæstiones dico, *Ad 1.* Caja quoad forum internum posset cuicumque nubere, adeoque, si foret in Indiis, vel tali loco, ubi non posset constare eam antecederet Matrimonium in facie Ecclesiæ contraxisse, posset securè cum quocumque Matrimonium inire, non potest tamen in his partibus, uti constat ex dictis. *Ad 2.* Posset in foro externo prohiberi, ne alteri nubat, uti & Dulus, ne alteram ducat. *Ad 3.* Posset cogi ad cohabitationem. *Ad 4.* Non ad conditionem debiti ante positum serium consensus mutuum in Matrimonium, quia alioquin cogeretur ad fornicationem. *Ad 5. & 6.* Indiget utique pro locis, ubi notum est, vel non potest, quòd ita contraxerint, sed nequidem Papa obtinendam esse talem declarationem. Dispensatio autem in tali Matrimonio vel rato vix aut ne vix quidem sperari potest. circa annum 1690. iudicavit Illustrissimus Dominus Nuntius Apostolicus, & plures hic Collegii Doctores, quibus assentior.

275. Q. 42. An ratio Sacramenti sit separabilis à ratione indissolubilis contractus matrimonialis inter fideles baptizatos. R. S. 1. Multis modis separabile esse docent multi, quorum præcipuos retulit p. 1. n. 73. Plures addit *Avers. q. 1. f. 5. & excentioribus putant Merat. Gonet, Platel. Spor. X. n. 340.* qui contendunt id fieri posse saltem ratione intentionis conficiendi contractum non Sacramentum: Rationes sunt 1. quia

hac inseparabilitate nil dicunt Concilia, nec SS. PP. nec unanimis Doctorum opinio, ergo non est dicendum ex institutione Christi dari inseparabilitatem contractus à ratione Sacramenti.

1. In antiqua lege fuit perfecta ratio contractus matrimonialis separata à ratione Sacramenti, ergo cum non sit ratio præsumendi à Christo factam esse tantam mutationem in hoc contractu, sed fundamentum tantum sit dicendi contractum illum esse elevatum ad rationem Sacramenti, melius dicitur, posse esse naturaliter & civiliter validum absque ratione Sacramenti.

3. Potest quis velle inire Matrimonium sine intentione Sacramenti ministrandi, vel suscipiendi, atqui sine tali intentione non fit Sacramentum, uti dictum est l. 6. p. 1. n. 54. validus autem erit contractus, ergo. 4. Si puer & puella hodie baptizati cras ad Turcas deferantur, ibi educuntur in infidelitate, & nubant, facient contractum Matrimonii validum, non tamen Sacramentum, cum de Sacramento tali nil sciunt, & infideles negent nostra Sacramenta. 5. Infideles legitime conjuncti, dum baptizantur, facere non possunt, ut contractus præteritus elevetur ad rationem Sacramenti, uti dicitur n. 407. ergo in illis manet ratio contractus jam habitualiter existentis inter fideles, & tamen deest ratio Sacramenti, ergo idem potest esse ab initio.

§. 2. Nullo modo, nequidem per intentionem contrahentium posse nunc rationem contractus inter fideles separari à ratione Sacramenti, præter citatos ibi in l. 6. docent, *Bellarmin.* *reposit.* *Aversa* supra. *Pignat.* t. 7. conf. 22. num. 7. *alique pluri mi cum Sperel.* decis. 9. nu. 23. qui

M 3

dicit

dicit hanc esse veram sententiam & Romæ ap-
 probatam : accedunt ex Scotistis *Hique. Pae.*
Branca. Rationes sunt 1. Auctoritas *Ino. III.*
 cujus verba retuli loc. cit. l. 6. videtur enim ab-
 ferere, quòd Baptismus, hoc ipso, quòd inam-
 fibiliter sit admissus, faciat contractum Matri-
 monii esse Sacramentum : & ideo etiam Consi-
 lia & SS. PP. communiter dicunt vel supponunt
 Matrimonia fidelium esse Sacramenta. 2. Cer-
 tum est, quòd Christus rationem validi contra-
 ctus matrimonialis inter fideles elevavit ad ra-
 tionem Sacramenti, atque ita instituerit, ut ad
 rationem contractus accederet ratio Sacramen-
 ti, saltem ordinariè, & per se loquendo : Nil-
 lum autem est fundamentum dicendi, quòd pri-
 vatis fidelibus reliquerit potestatem separandi
 unam rationem ab altera, quamvis enim circa
 instituta à se Sacramenta potestatem aliquam
 concesserit Ecclesiæ, non tamen ita privatis fi-
 delibus, ergo. *Confirmatur*, nam sicuti Christus
 non dedit sacerdoti potestatem ferendi senten-
 tiam remissivam peccati, nisi intendat rationem
 Sacramenti, ita & hinc. 3. Si ratio contractus
 separari potest à ratione Sacramenti, ergo pro-
 pter suadebitur hæreticis, aut etiam aliis, qui
 in mortali sunt, nec volunt pœnitere ante Ma-
 trimonium, ut intendant solam rationem con-
 tractus & non Sacramenti, ne committant sacra-
 legium : item fieri poterit, ut unus intendens
 contractum & Sacramentum, suscipiat Sacra-
 mentum, alter autem intendens solum contra-
 ctum, non suscipiat Sacramentum, quæ, inquit
Avers., planè sunt absurda, & præter mentem
 Ecclesiæ ac existimationem fidelium. Utraque
 sententia est probabilis, & ideo pro neutra vo-

se determi-
 tem etiam
 tamen co-
 habilior,
 cientia est
 1. n. 73. 1.
 ciendi ho-
 re nolit co-
 Sacramen-
 dico idem
 sufficiente
 ex dictis il-
 ergo nec f-
 lis matrim-
 si isti duo
 se esse con-
 rantia, ut
 Q. 43.
 baptizatum
 habeat, si
 rit in isto
 potuerint
 dum, qua
 St. Cathar-
 tistis *Hique.*
 mentum e-
 ter conjug-
 rum unum
 pe in uno c-
 oppositum
 Cui. Bec. Po-
 ti est unice-
 calum ; it-
 go cum r-
 ramenti

se determinare *Mastr. n. 24.* in utramque partem etiam discurrens de mente *Scoti*: omnibus tamen consideratis videtur negativa esse probabilior, hinc *R. ad 1. & 2.* fundamenta sufficientia esse jam data. *Ad 3.* dico, ex dictis l. 6. p. 1. n. 73. si non prævaleat intentio generalis faciendi hoc, quod Christus instituit, sed absolute nolit contractum, nisi separatim à ratione Sacramenti, Matrimonium fore nullum. *Ad 4.* dico idem, si enim non habeant intentionem sufficientem ad valorem Sacramenti, certum est ex dictis *ibid. n. 45.* non confici Sacramentum, ergo nec subsistet valor contractus indissolubilis matrimonialis, tam parùm, quàm substeret, si isti duo baptizati contraherent, & ignorarent se esse consanguineos, hinc enim non juvat ignorantia, uti dicitur n. 526.

Q. 43. An Matrimonium inter baptizatum & non baptizatum sit Sacramentum. R. Ut quæstio locum habeat, supponi debet, quòd Ecclesia dispensaret in isto impedimento disparis cultus, ita ut potuerint inire contractum saltem civiliter validum, qualis est inter infideles: hoc supposito *Sa. Cathar. Eckius, Rebell. Avers. q. 1. f. 6.* Ex *Scotus Hiquæ. Pont. Brancatus* defendunt fore Sacramentum ex parte fidelis, putant enim, quòd inter conjuges sint duo partialia Sacramenta, quorum unum possit subsistere sine altero, sicuti sæpe in uno causatur gratia, & non in altero. Sed oppositum est tenendum cum *Vasq. Henriq. Sanch. Cin. Bec. Pont. Mastr. n. 20. Krim. n. 350.* quia sicuti est unicus duorum contractus, & unicum vinculum; ita debet esse unicum Sacramentum, ergo cum non baptizatus non sit capax hujus Sacramenti, secundum dicta l. 6. p. 1. n. 165. ob

E. 20.

A. m. Claudi a C. L. VII.

C. A.

hunc defectum deficiet totum Sacramentum
Obji. Apostolus 1. ad Corinth. 7. v. 14. dicitur
Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidem, ergo
 docet saltem respectu fidelis esse Sacramentum
 R. n. conseq. nam non loquitur de sanctificatio-
 ne sacramentali, sed morali tantum, in quan-
 tum mulier fidelis exemplo, & pia conversatio-
 ne sua virum infidelem adducit ad fidem & gra-
 tiam. Matrimonium utriusque infidelis non est
 se Sacramentum, dixi l. 6. p. 1. n. 165. Au-
 tem, quando infideles convertuntur, & rene-
 vant consensum, tum saltem fiat Sacramentum,
 dicitur n. 407.

278. Q. 44. *Quid notandum sit circa consummationem*
Matrimonii. R. seqq.

§. 1. Certum videtur ex Cap. *Veniens*, De
 sponsal. contra paucos apud *Sanch. l. 2. d. 21. n.*
 12. Matrimonium non consummari per copu-
 lam post sponsalia ante Matrimonium habitam,
 quamvis etiam suscitatae sint proles, quia talis
 copula non est matrimonialis, sed fornicaria.

279. §. 2. In locis, in quibus subsistunt Matrimo-
 nia clandestina, si post sponsalia sequatur copu-
 la, praesumitur fieri Matrimonium de presenti
 & consummatur per illam copulam concorre-
 tanter, secundum dicta n. 232. ubi autem non
 valent Matrimonia clandestina, quamvis copu-
 la post sponsalia sequatur, secundum jam dicta
 non ideo censetur consummatum, licet postea
 contrahatur, *Gob. tr. 10. n. 402. & 404.* Mos au-
 tem in Germania, ut procurator cataphractus
 decumbat cum sponsa, non est consummatio
 Matrimonii, sed tantum servit ad acquirenda
 aliqua jura, *Gob. n. 405.*

280. §. 3. Si semen à viro alioquin potente ven-
 pent-

penetrare, effundatur circa muliebria, & matrix illud ad se attrahat, sufficere ad Matrimonii consummationem docent *S. Anton. Cordub. Sor. Corona, de Nevo, Lopez*, quos refert & sequitur *Boudevius* p. 2. q. 19. certum enim videtur ex variis authoribus & historiis tali affusione seminis sæpe concepisse & peperisse mulieres, quamvis cum aliis contradicat *Zacchias* in qq. medico-legalibus l. 3. tit. 1. q. 8. Imò hoc verum esse, quamvis demonis ministerio semen viri in vase deflorato recipiatur, docent *Rosell. Silv. Tabien. Sanch. n. 2. Bonac. Avers. q. 2. f. 4.* ideòque absque virginis defloratione aut corporis ejus penetratione hoc fieri posse, nullus, quòd sciam, Medicorum dubitat, inquit *Boudevv.* An verò tum etiam contrahatur affinitas dicam n. 695.

§. 4. Si vir vas sceminae penetrarit, sed ad illud non venerit, nec attractum sit semen, multi dicunt fore consummationem Matrimonii, sed probabilius negat *Sanch. n. 5.* quia non censetur caro una, nisi sit copula, quæ ad generandum sufficiat, nam etiam per hoc dicuntur una caro, quòd commiscendo sua corpora sint principium generans unam carnem, sive prolem, quòd hic non est.

§. 5. Si conjugata primo bimestri vi opprimatur à viro suo, Matrimonium consummatur, quia verè sunt una caro, cum sit copula sufficiens ad generationem unius carnis, attamen talis oppressa adhuc potest ingredi Religionem, uti dicitur n. 421.

Obj. Talis copula non repræsentat unionem cum humanitate, quia non fuit voluntaria, ergo non est vera consummatio Matrimonii. *R.* Repræsentat illam quoad substantiam,

M 5

cum

cum per hoc fiant una caro, quamvis non representet quoad circumstantiam voluntaria, quod non est opus, uti opus non est, ut representet quoad circumstantiam sancte, eum copula conjugatorum, etiamsi voluntaria sit, possit esse per caminosa.

283. §. 6. Si vir affirmet consummationem effectam, mulier autem neget, vel contra, si mulier affirmet & vir neget, secundum *Schld.* a. 99. cui consentire videtur *Avers.* q. 13. f. 5. Quod si, potius credendum est affirmanti, quam neganti, tum quia standum est pro Matrimonio, tum ob alias autoritates & rationes, quae adducunt *Sanch.* l. 7. d. 109. & *Gob.* tr. 10. n. 49. ideoque licitum non erit ab eo recedere, uti non in alio dubio, an Matrimonium fuerit consummatum, necne, quia Matrimonium est in possessione, cujus vinculum scitur esse de se ab soluto insolubile, & necdum esse solutum. An ad consummationem Matrimonii requiratur, ut etiam mulier feminet dicitur n. 696.

284. Q. 45. Quid addendum sit circa Ministrum in Sacramento Matrimonii, & Parochum, qui assistit. R. 1. Minister hujus Sacramenti non est Parochus, aut Sacerdos, qui benedicit; quia secundum *S. Th.* in 4. dist. 26. a. 1. ad. 1. benedictio Sacerdotis est tantum quoddam sacramentale, & dist. 28. q. 1. 3. est tantum de solennitate Sacramenti, unde si omittitur, verum Matrimonium est. Idem docent *S. Matr.* n. 12. Et contrahentes esse Ministros legitime culenter ostendunt *Bellarmin.* tom. 2. de Matrimonio c. 6. 7. 8. *Rayn.* in *Heter.* tom. 16. f. 1. pu. 14. 3. contra *Guiliel. Paris. Canon.* Estium, *Sylv.* apud *Aversam* q. 1. f. 5. ad quos accedit *Juenin.* quod sententiam *Vasq.* *Con. Pont.* apud *Avers.* q. 2. f.

vocant im
omissâ cen
Florent. sup
contrahent
monii, et
enim effici
ejus Ministr
Matrimoni
libero cont
ra esse Matr
non fecit. S
cramenta, q
validi cont
Sacramenti
& canonum
culo ponit,
cap. 1. subju
ergo intellig
hentes sunt
cramenti, q
nem Sacram
Obi. 1. N
vocant Par
esse illum,
2. Dicunt i
gratiam, et
Sacramentu
rimonium cor
rimonium
linguitur a
cramentalis
personam sa
sacram solenn
tur Sacram
confertur in

vocant improbabilem, *Rebell. temerariam*, sed omiffa censurâ, quod diximus, *Probat* 1. ex *Florent. supra*, quod dicit mutuum consensum contrahentium esse causam efficientem Matrimonii, ergo contrahentes sunt Ministri, qui enim efficit, sive conficit Sacramentum, ille est eius Minister. 2. Quia *Trid. sess. 24. de Reform. Matrimonii c. 1.* docet, clandestina Matrimonia libero contrahentium consensu facta, rata & vera esse Matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit. *Si dicas*, esse contractus, sed non Sacramenta, *contra* est, nam ex dictis n. 276. ratio validi contractus non est separabilis à ratione Sacramenti: deinde *Trid. initio illius sessionis*, & canonum immediatè antecedentium pro titulo ponit, *De Sacramento Matrimonii*, & statim à cap. 1. subjungit decreta de illius reformatione, ergo intelligit Sacramentum. Denique contrahentes sunt Ministri contractus, ergo etiam Sacramenti, quia contractus elevatus est ad rationem Sacramenti.

Obji. 1. Multa Conc. provincial. & Ritual. vocant Parochum Ministrum, sive, dicunt esse illum, qui hoc Sacramentum administrat. 2. Dicunt in benedictione Sacerdotis conferri gratiam, ergo per illam intrinsecè constituitur Sacramentum. 3. Parochus dicit, *ego vos in Matrimonium conjungo*, ergo ipse conficit eorum Matrimonium. 4. In aliis Sacramentis Minister distinguitur à fuscipiente, ergo & hic 5. Actio sacramentalis est sacra, ergo pro Ministro requiritur personam sacram. *R. ad 1.* intelligunt esse Ministerum solennitatis & ceremoniæ, quæ latè dicitur Sacramentum. *Ad 2.* Gratia communiter confertur in benedictione, quia tum perficitur &

& completur contractus per consensum conjugum. *Ad 3.* Sensus est, ego Matrimonium vestrum nomine Ecclesie ratum habeo. *Ad 4.* n. conseq. alioquin etiam dicam, in aliis Sacramentis, Minister & suscipiens debent esse sibi praesentes, ergo etiam hic: oppositum tamen constat, quia secundum dicta à n. 258. potest Matrimonium inter absentes contrahi. *Ad 5.* n. conseq. nam etiam Baptismus est actio sacra, idest, à Christo elevata ad causandam gratiam, & tamen validè confertur à laico.

285. §. 2. Dixi l. 6. p. 1. n. 147. non peccare sponsum, si ex causis justis cum sponsa etiam publicè indigna contrahat Matrimonium, sicque ille ministrat hoc Sacramentum, ubi addidi etiam Parochum teneri assistere, dummodo non deprehendat aliud impedimentum. Et pluribus assistentia Parochi addentur à n. 706. Quamvis autem *Trid.* habeat, ut Parochus viro & muliere interrogantis, & eorum mutuo consensu intellecto, dicat, ego vos in Matrimonium conjungo in nomine Patris & Filii & Spiritus S., vel aliis utatur verbis juxta ritum uniuscujusque provincie ritum, tamen id de valore non est: & quamvis Parochus nil pronunciet, sed tantum sit testis, Matrimonium valet, uti cum communi docet & inter declarationes S. Congreg. refert *Galle.* supra n. 5. & c. Quale autem sit peccatum ista omittere, referam sententias n. 505.

286. Q. 46. Quinam sint speciales effectus Matrimonii. R. Praeter indissolubilitatem & obligationem reddendi debitum, de quibus aliqua dicta sunt & plura per decursum dicentur, praecipui sunt sequentes: 1. Communicatio quaedam bonorum & honorum, de qua *Avers.* q. 22. f. 1. Quibus.

nam autem sint bona conjugum, tum propria, tum communia, & quid circa omnia illa possint maritus & uxor, dixi. l. 3. p. 1. à n. 1017. 2. Libertas à servitute, si dominus tradat nuptui vel ipsemet ducat personam servituti subjectam. Item jus, ut neuter possit saltem licite absque alterius consensu se in servitutem vendere, *Aversf.* supra. 3. Nullitas quarundam donationum inter conjuges, de quo aliquid dixi l. 3. p. 2. n. 306. & plurima habet *Sanch.* l. 6. 4. Potestas mutuo irritandi vel suspendendi vota, in quantum præjudicant juri conjugum, de qua *Busenb.* relatus l. 3. p. 1. n. 482. & 503. quibus aliqua addidi ibid. à n. 493. & n. 504. 5. Obligatio cohabitandi, cum id postulet obligatio reddendi debitum, *Gob.* tr. 10. n. 750. 766. *Aversf.* l. 3. ubi explicat, quandoam possint habitatione separari, & *Busenb.* hic referendus n. 401. in fine breviter notat, quandoam uxor teneatur sequi virum, quoad habitationem. 6. Obligatio præstandi alimenta, aut sibi mutuo succurrendi, de qua *Aversf.* l. 4. & etiam dixi l. 3. p. 1. à n. 709. 714. 719. 731. 7. Legitimatio prolis illegitimè conceptæ, aut etiam natæ, de qua *Aversf.* l. 2. & etiam dixi l. 4. à n. 751. 757.

DUBIUM II.

287.

De usu Matrimonii.

ARTICULUS I.

An usus Matrimonii, sive actus conjugalis sit licitus.

Resp. Per se est licitus & honestus: Quod est de fide, & patet ex 1. Cor. 2. Uxori vir debitum reddit. Per accidens est illicitus in sequentibus casibus.

I.

- » I. Si Matrimonium à parte rei sit nullum
 » quod tamen si uterque ignorat, non peccat,
 » si materialiter. Si uterque vel alter id certum
 » sciat, non potest, quocumque etiam periculo
 » proposito, uti Matrimonio: Unde si non potest
 » sine periculo vitæ aut famæ detegere impedimen-
 » tum, nec sperare dispensationem, debet
 » vel ingredi Religionem (si necdum consum-
 » mavit) vel fugere, vel petere divortium, et
 » conjugis scævitiā, v. g. vel adulterium, si talis
 » sit, vel certè omnia incommoda patienter sus-
 » tinere, *Bon. q. 8. p. 8. n. 16.*
- » II. Si Matrimonium sit dubium; Et quod
 » dem si alter tantum dubitet, is non potest petere
 » debitum, reddere tamen tenetur, cum aliter
 » habeat jus petendi. Si uterque dubia fide
 » contraxit, vel dubitat de ejus valore, neuter
 » petere aut reddere licet ante veritatis indaga-
 » tionem, *Vasq. Sanch. Dian. Bardi, d. 6. c. n. p. 7. §.*
 » 3. Secus post eam, *Bon. q. 4. p. 4. V. supra. l. 1. c.*
 » 1. c. 2. d. 3.
- » III. Si fiat cum gravi periculo vitæ aut fan-
 » tatis: Nisi tamen sit causa gravis, cui damnum
 » num corporale videatur postponendum, v. g.
 » periculum incontinentiæ in se vel comparti-
 » bus, *Bon. p. 6. n. 8. M. Perez d. 50. f. 4. n. 5.*
- » IV. Si fiat pravo fine, v. g. tantum voluptatis
 » causâ: Quod tamen Doct. communiter, et
 » *Sanch. l. 9. d. 11. Bon. q. 4. p. 6.* censent esse tantum
 » veniale, contra *Pontium*, qui vult esse nullum
 » nullum autem erit, si delectatio non quaeritur
 » sentiat, vel ad eam se excitent, quando con-
 » pular debita redditur, *Sanch. d. 11. Sc. Vide etiam*
 » *Dian. p. 3. t. 4. R. 216. Bon. p. 6. Perez d. 49. f. 2. n. 1.*
- » V. Si exerceatur mente adulterâ, ut si dicitur
 » accedit a
 » mum pa
 » VI. Si
 » tur vas n
 » ram sodo
 » tra natura
 » causa situ
 » quod al
 » riculo effu
 » grave, &
 » Si alte
 » tione fem
 » generati
 » conjugali
 » clam tame
 » mina null
 » VII. Si
 » violetur,
 » VIII. S
 » indebito,
 » vel pridie
 » 1. Quand
 » culum abo
 » n. 37. H
 » mortale:
 » fimen, no
 » 2. 104. & L
 » agnoscut.
 » rmo: Qu
 » doc
 » Dia. l. c. ut F
 » cent, nec ve
 » Sanch. l. c. d
 » ob finem h
 » videre ux
 » acci

accedit ad suam, imaginetur aliam, ut animalium pascatur, quod est mortale, *Sanch. Bon. n. 7.*

VI. Si fiat modo indebito, v. g. si non servetur vas naturale: quod multi docent esse veniale sodomiam; alii esse grave peccatum contra naturam. *Vid. 6. præcep. 2.* Si sine justa causa situs sit innaturalis, præposterus, &c. quod aliqui dicunt esse mortale, alii, secluso periculo effusionis seminis, veniale tantum, etsi grave, & graviter increpandum, *Dia. R. 204.*
 Si alter conjugum ex morositate vel alia ratione seminationem cohibeat: quod quidam generatim dicunt esse mortale, quia finis actus conjugalis, scilicet generatio, impeditur; quidam tamen, ut *Præp. & Sanch.* dicunt in foemina nullum esse. v. *Bon. p. 6. n. 15. & p. 1.*

VII. Si loco indebito, v. g. sacro, qui indebitur, vel in loco publico.

VIII. Si absque urgente causa fiat tempore indebito, 1. In magna solemnitate, ut Paschæ, vel pridie Communionis. v. *Perez d. 49. sect. 3.*

2. Quando uxor est gravida, saltem si sit periculum abortus, *Nay. Silv. Sanch. Kon. Fill. t. 10. p. 10. n. 337.* Hoc enim si non sit, non erit saltem mortale: quod enim tunc sine suo frustratur semen, non sequitur per se ex actu: Unde *Dia. R. 204. & Kon. d. 34. dub. 9.* nullum peccatum agnoscunt. 3. Quando uxor laborat fluxu menstruo: Quod tamen non esse mortale, contra docet *Sanch. d. 21. n. 2.* Imò aliqui apud *Dial. c. ut Pontius, l. 10. cap. 11. & cap. 14. n. 5. & 6.* docent, nec veniale esse, si periculum urgeat, quod *Sanch. l. c.* docet esse probabile, additque *Perez, si ob finem honestum fiat, nullum esse, & teneri reddere uxorem, si maritus exigat. V. d. 49. f. 3.*

Ex

E. J.
20.

H. mor.
Claudi
a Cux
L. VII

C. J.

» Ex dictis casibus consequenter resolvitur, ut
 » citum esse uti Matrimonio, 1. prolis causâ, &
 » hæc non necessariò debeat intendi, dum eni
 » cetur, dummodo positivè non impediatur: int
 » etiam aliquando simplici affectu licitè excu
 » datur, v. g. à paupere, ne nimium prohib
 » gravetur. 2. Ad vitandum periculum in
 » continentia, in se, vel comparte Perez d. 40. f. 2. m. 1.
 » ex Kon. Pont. Hurt. Sc. contra Sanch. qui vult
 » veniale, nisi tamen stimuli carnis aliter sed
 » non possint. 3. Valetudinis causâ, vel prop
 » alios fines extrinsecos: quia honestum ex
 » turâ sua, & relatum ad unum finem, licitè
 » fertur ad alium isti non repugnantem, ut docet
 » Sa, Kon. Lay. l. 5. r. 10. p. 3. c. 4. Perez d. 49. f. 2. m. 1.
 » V. Dian. R. 218. Solum tamen sanitatis causâ
 » probabile est esse veniale, ut docet S. Tho. H. 1. q. 152. a. 2. c. 1.
 » Laym. l. c. contra Perez, Sc. ll. c.

» *Quæres.* An, & quando liceant tactus, asp
 » ctus & verba turpia inter conjuges.

» *Resp.* Tales actus per se iis licent, quia cum
 » citus est finis, etiam licent media, & cui licet
 » consummatio, etiam licet inchoatio: Unde
 » licitè talibus naturam excitant ad copulam
 » Quod si verò separatim, & sine ordine ad
 » pulam, v. g. voluptatis causâ tantum fiant, sunt
 » venialia peccata, eò quòd ratione statim, quum
 » los actus cohonestat, habeant jus ad illos: Non
 » tamen, ut sæpe contingit, sint conjuncti cum
 » periculo pollutionis; aut conjuges habeant
 » tum castitatis, tunc enim sunt mortalia: Unde
 » dictum *suprà* l. 3. r. 4. e. 2. *dub.* 4. *Dia.* R. 204.
 » 216. *Unde resol:*

» I. Conjux venialiter tantum peccat, si
 » gendo seipsum ex voluptate, & tactum

ita expresse referendo ad copulam, ut contra
 Vafq. & alios probabiliter docet *Sanch. d. 44.*
 II. Oblectando se venerè, sine periculo pollu-
 tionis, de actu conjugali, dum abest compars,
 vel actu exerceri non potest, *Fill. Layman, Tann.*
Mol. cum Dia. R. 224. contra Nav. Azor &c.
 II. Peccat graviter, I. Vidua, quæ se vene-
 reè oblectat de copula olim habita, quia est illi-
 licita per statum. II. Bigamus, qui in actu
 conjugali cum secunda exercito, repræsentat
 suam priorem, & de ea carnaliter delectatur; quia
 est permixtio cum aliena, *Laym. V. suprâ l. 3. t. 4.*
cap. 2. & l. 5. cap. 1. d. 2. a. 2.

A D D E N D A.

Quest. 47. Ex quo sine usus Matrimonii sic licitus. 288.

§. 1. Usus Matrimonii communiter fit,
 vel ob bonum prolis, qui est finis illius prima-
 rius; vel ob redditionem debiti conjugalis; vel
 ob remedium concupiscentiæ alienæ aut pro-
 priæ, qui sunt fines secundarii; vel ob sanitatem
 corporis, aut voluptatem, qui sunt fines extra-
 anei, secundum dicta n. 236.

§. 2. Si fiat ob bonum prolis generandæ & 289.

ad cultum Dei educandæ, est licitus & merito-
 rius, uti omnes fatentur, sic enim est actus re-
 ligionis, uti expresse *S. Th. in c. 7. Epistolæ 1. ad
 Corinth. & in suppl. q. 41. a. 4.* Si autem prima-
 rio quidem ordinetur ad generandam prolem,
 sed præcisè pro suo commodo, v. g. ut habeat
 successorem, propaget familiam &c. & nullo
 modo, nequidem virtualiter, referatur ad glo-
 rificandum Deum, putant *S. Th.* aliique cum
Sanch. l. 9. d. 8. n. 2. fore veniale, quia sistendo
 Tom. VIII.

N

ix

Handwritten text on the book's spine, including the name 'Claudio' and other markings.

in fine creato agitur contra finem Sacramenti
 Dei honorem instituti. Ad hoc tamen, ut dicatur
 virtualiter referre, satis est, si conjuges
 in initio Matrimonium inierint propter hunc
 finem, nec intentionem in ipso actu contra-
 riam habeant. Unde etiam deducit *Sanch. num.*
 4. conjugem non peccare, qui actum conjuga-
 lem habet omnino immemor illius finis, hoc
 ipso enim, quod finem contrarium non habet,
 confertur manere in eo fine, quem initio habuit
 & ad quem actus ille ex natura sua tendit.

290. §. 3. Si fiat propter fidem Matrimonii, & ad
 implendam obligationem ex justitia reddendam
 debitum, etiam est licitus & meritorius, sic enim
 est actus justitiæ, uti iterum expressè *S. Th.* ali-
 que supra, & per hoc virtualiter tenditur etiam
 in primum finem.

291. §. 4. Si fiat præcisè ad vitandam inconti-
 nentiam in altero conjuge, etiam est licitus
 meritorius, quia est redditio debiti, adeoque
 actus justitiæ, & præterea charitatis, de se
 facienter tendens in finem suum primum.

292. §. 5. Si fiat præcisè ad vitandam inconti-
 nentiam propriam, *SS. Aug. Ans. Bonav. Th.* in sup-
 q. 49. a. 5. & speciatim *S. Greg.* relatus can. No-
 vi. 2. dist. 13. videntur dicere esse veniale,
 consentit *Carden.* in 2. crisi d. 7. n. 50. quia tunc
 actus aberrat à fine suo primario, ad quem
 Deo est ordinatus. *Palud. Sor. Henriq. Sanch. &*
 dicunt tum tantum non fore peccatum, si reliqua
 media incontinentiæ vitandæ non juvent. *S. Tho-*
mas. & alii putant in circumstantiis, in quibus
 est spes proles, fore veniale, si finis hic omnino
 tur: Denique alii plurimi Theologi & Juris-
 cum *Dur. Cajet. Medin. Navarr. Almain. Casp.*

Legit. Cōn. Rebell. Harr. Herinx, Pont. I. 1. c. 21.
 Matr. nu. 125. Avers. q. 21. f. 4. probabilissimè
 dicunt nullum fore peccatum præcisè intendere
 variationem concupiscentiæ, & remedium sui
 peccati, dummodo positivè non excludatur fi-
 nis primarius: *Probant*, imprimis ex Apostolo,
 nam dicitur 1. ad Corinth. 7. v. 2. *Propter forni-*
cationem unusquisque suam uxorem habeat. v. 5. rever-
temini in ipsum, ne tentet vos sathanas propter inconti-
nestiam vestram, hoc autem dico secundum indulgen-
tiam, non secundum imperium: quod autem lex tali
 modo indulget, non videtur posse esse pecca-
 tum, nam est permissio moralis, similis illi, quæ
 Apostolus ibid. v. 28. permittit virginibus nu-
 bere, dicens, *ego autem parco vobis, id est, indul-*
 geo. Deinde probant ex ipso S. Th. nam in sup-
 plem. q. 42. a. 2. in O. docet Matrimonium post
 peccatum institutum esse, secundum quod re-
 medium præbet contra vulnus peccati, & ad 2.
 ad 1. esse etiam in remedium contra peccatum,
 de q. 54. a. 3. in O. ait, finis Matrimonii secun-
 darius, per se, est concupiscentiæ repressio, at-
 que insurpare medium ex fine, ex quo à Deo in-
 stitutum est, non potest esse inordinatum vel il-
 licitum. Et ideo idem S. Th. q. 51. a. 5. ad 3.
 ait: *quavis senes non habeant caliditatem sufficien-*
tem ad generandum, tamen habent caliditatem sufficien-
tem ad carnalem copulam, & ideo conceditur eis Matri-
monium, secundum quod est in remedium, quavis non
conpetat eis, secundum quod est officium nature. Ra-
 tiones sunt 1. qui hic finis est honestus, nec
 in illo modo opponitur fini primario, qui non
 necessariò semper intenditur, ut patet in seni-
 bus & sterilibus, maximè cum non sit obligatio
 semper operandi ex fine honestissimo, sed satis

E. J.
 20.

H. mor.
 Claudi
 a Cru
 lōm VII

C. A.

fit ex honesto de se non excludente honesto-
rem : ex quo patet ad rationem in oppositum,
inordinatum enim non est operari ex fine honesto
minus perfecto, quando positivè non excluditur
perfectior. 2. Secundùm dicta n. 291. licita
est copula ad sedandam concupiscentiam in
altero, ergo etiam in seipso, quia charitas, quæ
est regula omnium virtutum, magis respicit
seipsum, quàm alterum, maximè pro subsidio
animæ. 3. Alioquin regulariter illicita esset copu-
lâ, & consequenter etiam cohabitatio illis,
qui non habent spem gignendi proles, quales
sunt senes & steriles, hoc autem nemo dicit, ergo.
SS. Patres in oppositum citatos intelligunt
aliqui de usu ad voluptatem vel concupiscentiam
tantùm explendam.

293. §. 6. Si fiat præcisè ob sanitatem corporis, dicitur
Th. q. 49. a. 5. ad 4. aliique cum Carden. nu. 5.
dicunt fore veniale, quia omittitur finis primari-
us. Limitat Sanch. nisi deessent alia media ob-
tinendæ sanitatis. Alii multi cum Averf. supra
dicunt nullum esse peccatum, quamvis alia ad-
essent media, dummodo non excludatur finis
primarius, quia non tenemur semper positivè
agere ex fine intento à Deo vel legislatore, sed
satis est, si actus noster referatur ad finem honestum,
& non excludatur relatio ad finem à legi-
slatore intentum, maximè in hoc casu, in quo sanitas
juvabit ad gignendam prolem, ergo quod refer-
tur ad sanitatem, virtualiter refertur ad gignen-
dam prolem.

294. §. 7. Non est licitum exercere actum conjug-
alem ob solam voluptatem, nam *Im. XI. damnatur*
hanc 9. prop. *opus conjugii ob solam voluptatem*
*exercitum omni penitus caret culpâ, ac defectu ven-
Hinc op-
res, nur-
eretur
intendit
quando
marium
neque ac
autem
veniale
tendatur
neratione
non refe-
etiam pe-
incidat
tem ven-
Tò sola
incidit
tur, an-
nis sit h-
tantùm
sensu pe-
contrad-
ram. R
secunde
tivè vel
luerunt
aliud, v-
beri tan-
dum ac
tandam
quærer-
nem, qu-
natur,
tom. 1
conjug-*

Hinc oppositum, quod antehac tenuerunt plures, nunc sustineri non potest. Tum autem exercetur ob solam voluptatem, quando voluptas intenditur, & in ea sistitur. Tum in ea sistitur, quando intendens non refert eam neque ad primum vel secundarium Matrimonii finem, neque ad alium de se bonum & honestum. An autem sensus damnationis sit, quod sit saltem veniale, si sistatur in sola voluptate, id est, si intendatur voluptas ex natura sua tendens ad generationem proles, jam tamen actu & positivè non referatur ad finem illum, quamvis hic finis etiam positivè non excludatur, neque de illo incidat cogitatio, an verò tum tantum sit saltem veniale, si sistatur in sola voluptate, ita ut *Tò sola* significet excludi alterum finem, de quo incidit cogitatio, & tamen ad eum non referatur, an, inquam, sensus damnatæ propositionis sit hic vel ille, non est meum definire, sed tantum dico propositionem damnatam in uno sensu per verba propriè significatæ esse falsam, & contradictoriam ipsius in opposito sensu esse veram. Ratio, autem damnandi eam, saltem in secundo sensu, est, quia est inordinatum positivè velle sistere in eo, quod Deus, & natura voluerunt tantum haberi tanquam medium ad aliud, voluptatem autem illam voluerunt haberi tantum velut medium ad magis alliciendum ad generationem proles, eamque facilitandam, aut ad remedium concupiscentiæ, ergo querere voluptatem, & non referre ad eum finem, quando de eo incidit cogitatio, est inordinatum, & ita docent SS. PP. apud Rayn. in heter. tom. 16. f. 1. p. 14. à n. 38. S. August. 1. de bono conjug. c. 6. ait : *conjugalis concubitus generandi*

E. J.
2.0.A. mor.
Claudi
a Cox

Tom VIII

C. A.

causâ non habet culpam, concupiscentiæ verò facta
tamen cum conjugè, veniale: S. Th. 4. contra gentes
c. 87. n. 5. & in supplem. q. 49. a. 6. dicit, inor-
dinatum esse veneris uti propter solam delecta-
tionem, quæ omnia confirmantur ex dictis l. 1.
à n. 312. ubi ostendi, si quis comedat, bibat,
audiat musicam, olfaciat flores, positivè siste-
do in voluptate, quam inde habet, peccare ve-
nialiter, ex quo infuli n. 313. probabilius vide-
ri, quòd non dentur actus humani in individuo
indifferentes.

295. §. 8. Aliqui apud *Aversam* putârunt esse mo-
tale, si conjuges habeant copulam ob volup-
tatem, sed ex *S. August. S. Th.* & aliis communissimi-
satis certum est, per se loquendo, esse veniale
tantum.

296. §. 9. Si actus conjugalis fiat propter volup-
tatem tanquam propter finem primario fini Ma-
trimoni subordinatum, id est, si velint actum
conjugalem propter voluptatem in ordine ad
generandam prolem, ita ut non sistant in volup-
tate, sed hanc habeant pro fine intermedio rela-
to ad generationem prolis tanquam ad finem
ulteriorem & primarium, nullo modo peccant,
quia Deus & natura voluptatem illam com-
pugnam destinârunt ad generationem prolis, ergo
quæruntilam ad finem à Deo & natura illi pro-
positum, ergo ordinatè & licitè, neque damna-
tur propositio dicens, opus conjugii ob volup-
tatem exercitum carere culpâ, sed ob solam vo-
luptatem exercitum, & ideo etiam dixi l. 5. n.
312. Si quis voluptatem, quæ capitur ex cibo
vel potu, referat ad honestum finem, nullo mo-
do peccare.

297. Q. 48. Quid agendum sit, si post contractum Ma-

Matrimonium, suboritur dubium de illius valore. R. Car-
 rari. in Theol. fundam. n. 1424. negat dari pos-
 se prudens dubium de valore Matrimonii bonâ
 fide contracti, quia possessio, quam non elidit
 dubium, est & manet motivum grave pro valo-
 re. Opinionem illam fusè confutat Carden. in 1.
 crisi. d. 6. à n. 169. & posse prudens dubium sub-
 oriri, constabit ex dicendis; Itaque in dubio de
 valore Matrimonii videntur tenenda sequentia.

§. 1. In dubio circa valorem Matrimonii, 298.
 standum est in utroque foro potiùs pro valore,
 quam invaliditate ipsius, Sanch. l. 1. d. 13. à n.
 5. ideòque etiam singularis opinio unius Docto-
 ris stantis pro valore Matrimonii, si probabili
 ratione nitatur, præferri debet sententiæ plu-
 rium, valorem oppugnantium, Boss. Sperell. Sanch.
 n. 7. Gob. in Quin. tr. 1. n. 195. Delb. c. 8. d. 20. f.
 1. à n. 16. Ratio est, quia Matrimonium est cau-
 sa favorabilis, pro qua standum, Cap. Ex litteris
 De probat. Et universim, Actus in dubio debet in-
 terpretari validus, L. Quoties, De rebus dubiis,
 Barbosa axiom. 12. n. 7. quia præsumitur pro va-
 liditate actûs, donec de invaliditate constiterit,
 Menoch. De præsumpt. l. 6. præf. 4. Tusch. v. præ-
 sumptio. concl. 620.

§. 2. Qui probabiliter putat Matrimonium 299.
 esse validum, licet petit debitum, tum quia est
 possessio pro illo, tum etiam, quia aliquis po-
 test hic, uti & alibi sequi sententiam probabi-
 lem, & ita tenent communissimè omnes cum
 Schild. De conscientia, tr. 2. n. 126. additque re-
 cte Avesf. q. 21. f. 2. §. ult. etiamsi opinio pro in-
 validitate esset probabilior. Et hoc est confor-
 me dictis l. 1. à n. 268. de licito usu opinionis
 probabilis.

F. I.
 20.
 H. mor.
 Claudi
 a Cox
 Tom VIII

C. I.

300. §. 3. Si quis probabiliter putet Matrimonium esse nullum, nec habeat probabilem rationem pro valore, dicunt *S. Anton. Sylv. Robri Schild.* nequidem posse debitum petenti reddere licet petens opinetur Matrimonium subsistere, quia tenetur sibi formare conscientiam ex sua, & non ex aliena opinione. Contradicunt probabilius *Sanch. l. 2. d. 44. Bress. Merolla, Carden. in a. crisi. d. 19. n. 106.* & dicunt, debere reddere, nisi de nullitate sit certus, quia possessio est pro valore Matrimonii, & consequenter pro jure petentis. Atque id videtur decidi *Cap. Inquisit. De sent. excomm. uti dicam n. 302.*
301. §. 4. Talis habens rationes probabiles pro nullitate Matrimonii, & nullas pro valore, non habeat spem obtinendi majorem certitudinem, non potest petere debitum, quia tunc tale dubium censetur vincibile, quo stante non licet operari, *Carden. à n. 113.*
302. §. 5. Si Matrimonio bonâ fide contracto superveniat dubium de valore, & post inquisitionem nil resciri, nec dubium deponi possit, prima sententia, quam tenent *S. Th. S. Bonav. S. Anton. P. Sor. Ledesm. Val. Vasq. Azor, Rebell. Pont. Hurt. Terr. Arr. Avers. q. 21. f. 2. & alii 17.* cum *Schild. tr. 6. c. 7. §. 4.* dicit, posse quidem reddere debitum, sed non petere, quia ita videtur esse decisum *Cap. Inquisit. De sent. excomm. ubi dicitur, non conscientia pulsat animum ex credulitate probabilis & discreta, quamvis non evidenti & manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet, ne in alterutro vel contra legem conjugii, vel contra iudicium conscientie committat offensam.* Rationem dat *Schild.* quia licet is, qui bonâ fide accepit possessionem bonorum fortunæ, dubio superveniente recusat

re & eis frui possit, quia scilicet potestas Superioris translato per jus altum dominio aufert à tali dubio possessore malitiam, quæ fortè esset in de-
 reptione rei, si fuit, vel sit aliena, tamen cum nemo tollere possit malitiam à fornicatione, dubio superveniente non videtur posse peti de-
 bitum, sicuti qui est in possessione bonæ fidei quoad Sacerdotium, superveniente prudente dubio de valore Ordinationis, nemo potest ei dare licentiam, ut celebret, quia nemo facere potest per concessionem suam, ut Ordinatio, si fortè non valuit, valida fiat. Addit, quod possit in Matrimonio non acquiratur per contractum, sed per usum corporis & cohabitationem, ut possessio Beneficii non est ex donatione, sed ex usu, at ille, qui bonâ fide accessit ad non suam, non potest petere debitum, uti concedunt omnes, ergo multò minus, qui solum bonâ fide contraxit. Hinc infert *Schilder* nec conjugem posse petere debitum, si dubitare incipiat, an Matrimonium sit invalidum ob metum: nec in casu, quo adulter promisit Matrimonium adulteræ post mortem conjugis suæ, & postea dubitat, an uxor sua vixerit tempore promissionis, aut si dubitet, an adulterium cum tali promissione commissum sit: nec in casu, quo quis prius contraxit cum una coram simplici Sacerdote, qui fortè licentiam assistendi non accepit: i Parocho, & postea etiam bonâ fide cum altera contraxit coram Parocho, atque ita dubitet, utra sit uxor; si tamen Parochus rationabiliter judicetur consensisse, ut simplex Sacerdos assisteret, putat posse adhærere primæ. *Secunda*
sententia, quam tenent *D. Sos. Vera crux, Vict. Lopez,*
Lat. Cón. Laym. Bonac. Regim. Less. Lorca, Bress. Lug.
Boff.

Boss. Bardi, Sanch. l. 2. d. 41. Dian. p. 4. tr. 3. R. 1.
 Dicaft. De restit. d. 5. à n. 221. Terill. De conf. q.
 23. n. 66. Carden. n. 107. dicunt posse etiam pe-
 tere debitum, 1. quia præmissa sufficienti dubi-
 gentiâ conjuges habent invincibilem ignoran-
 tiam de invaliditate, ergo manet possessio pro
 validitate, ergo pergere possunt supponere
 valere. 2. Durissimum est compellere homines
 culpæ immunes, ut vitam cœlibem ducant, ad
 hoc autem compellerentur, si uti non possent
 Matrimonio. 3. Id videtur sufficienter decisum
 à Lucio III. Cap. Dominus, uti referam n. 672.
 enim supponit, si secundo Matrimonio bonâ fide
 de contracto superveniat dubium de motu
 prioris conjugis, posse eum, qui bonâ fide con-
 traxit petere debitum, & alterum, etiam si malâ
 fide contraxerit, posse reddere. Similiter Cap. In-
 dabilem De frigid. & malef. dicitur, supervenien-
 te dubio de impotentia, utrumque posse ad tri-
 ennium reddere & petere debitum. Ad Cap.
 Inquisitioni, respondent aliqui, ibi tantum dicitur
 quod non liceat petere ante majorem inquiri-
 tionem: Lug. De just. d. 17. n. 88. dicit, ex con-
 textu constare, quod Pontifex ibi loquatur de
 casu, in quo conjux habet judicium probabile
 de sola nullitate Matrimonii, & nullum habet
 probabile motivum pro valore, ac tum non potest
 petere, sed tantum reddere, nisi aliunde sibi for-
 met conscientiam secundum dicta n. 300. Si autem
 sit dubium vel utrumque positivum, vel utrumque
 negativum, dicit cum Terillo & aliis etiâ licet petere
 petere, tum enim est possessio pro valore, adeo
 que etiam pro licito usu Matrimonii. Ad ratio-
 nem in oppositum patet responsio ex dictis. Non
 est simile de dubiè ordinato, nam cum per ma-
 concessionem
 dinatio, si
 menta cer-
 hinc reliet
 est tucius,
 contra cer-
 ponere per
 contabitur
 secunda sen-
 tione, esse
 §. 6. D
 cum Schilde
 se reddere
 re, uti prin-
 sit alterum
 quando pe-
 sum dubi
 enim in hi
 tam prima
 ante negare
 dere, quan
 sequi pote
 quando Ma-
 matum, &
 do alter con-
 his enim cas
 de sententi
 reur peric
 nicationis,
 Ex facetur
 summo suo
 gravissimi
 sciat, inde o
 pendum del
 peteri ante

concessionem vel opinionem fieri possit, ut Ordinatione, si forte non valuit, valida fiat, Sacramenta cerè exponerentur periculo nullitatis, hinc relictà etiam probabiliore ibi sequendum est tutius, secundum dicta l. 6. p. 1. à n. 104. è contrà certum est aliquando licitum esse se exponere periculo materialis fornicationis, uti constat ex dicendis n. 672. & 803. Atque hæc secunda sententia videtur, saltem spectatâ ratione, esse probabilior.

§. 6. Docet consequenter prima sententia cum *Schilder* §. 5. ejusmodi dubitantem non posse reddere debitum, quando non tenetur reddere, uti primo bimestri: Item si deprecando possit alterum avertere à petitione debiti: Item quando potest alteri non dubitanti detegere forum dubium sine summo suo incommodo, si enim in his casibus petat alter, secundum illam primam sententiam petet illicitè, ergo potest negare. Addit, etiam tum non posse reddere, quando intra breve tempus veritatem assequi potest vel petere dispensationem, aut quando Matrimonium non est adhuc consummatum, & movetur lis de nullitate, aut quando alter commisit adulterium, incestum &c. illis enim casibus non tenetur reddere. Sed secunda sententia, quanvis ista omnia suadeat, ut vitetur periculum etiam materialis tantum fornicationis, de rigore tamen ad illa non obligat. Et fatetur etiam *Schild.* talem non teneri cum summo suo incommodo, v. g. cum periculo gravissimi mali, aperire dubium conjugii, licet fiat inde oriturum esse dubium, & sic non pendendum debitum, sed posse tum reddere: nec teneri ante consummationem ingredi Religio-

Ex
203

H. mor.
Claudi
a Crox
Tom VIII

ca

gionem, ut se perplexitate liberet; nec pro
 jori securitate teneri de novo contrahere, si v. g.
 dubitet de servitute uxoris, de metu in contra
 hendo &c. quia causa, ex qua immediate se
 quantur effectus tum malus tum bonus bonita
 tate suâ elidens malitiam alterius, licitè poterit
 poni ex intentione obtinendi effectum bonum
 dummodo non intendatur effectus malus pra
 visus. Similiter licitè permittitur, seu non au
 fertur causa, ex qua sequitur similis effectus bo
 nus intentus, si non intendatur malus, hoc au
 tem fit, quando permittitur dubium de impe
 dimento dirimente, intenditur enim evitari
 gravissimi damni incurrendi per veritatis in
 quisitionem aut dubii detectionem, & tantum
 permittitur perplexitas, quod licitum est facere
 ne vita humana exponatur innumeris anxietatibus.
 Hinc, inquit *Schild.* licitum est acquiescere
 re sententiæ probabili, quando evidens non est
 cum gravibus incommodis haberi potest.

304. §. 7. Sic dubitans, si dubium suum deteg
 re non teneatur, nec possit conjugem divert
 à petitione, tenetur ei bonâ fide petenti reddere
 debitum, utl tenet utraque sententia cum *Sando*
 supra, contra quosdam dicentes tum reddere
 non posse, & contra *Homem* dicentem posse,
 non teneri, sed ratio est, quia in perplexitate
 pars habens minus, aut minoris peccati pericu
 lum est amplectenda, erit autem gravius nega
 re contra jus, quàm reddere, licet absit jus. Quod
 si ex redditione esset periculum majoris peccati
 v. g. sacrilegii, eò quòd dubitaretur, an in Ori
 nibus fuisset, putant *Schild.* & *Arr.* tum non
 re, sed secunda sententia dicit absolutè licitè
 adcoque etiam in hoc casu.

§. 8. Si conjux dubitet, an alter sit mancipium, adulter, incestuosus &c. tenetur reddere debitum bonâ fide petenti, quia prævalet hujus de possessio, *Sanch. Vasq. Avers. Hurt. & alii cum Schild. supra contra alios*. Similiter si conjux dubitet de valore Matrimonii consummati, tenetur reddere, etiam postquam de nullitate Matrimonii agere cœpit, modò non habeat probationes in continenti paratas, *S. Anton. Palud. Sanch. l. d. 41. n. 50. Boss. Schild.* probantque ex Jure & ratione, negando enim exponit se periculo majoris peccati, quàm sit fornicatio.

§. 9. Si duo petant debitum à muliere, eò quòd dubium sit de valore Matrimonii cum utroque successivè initi, reddere non potest, nisi primo, quia possessio est pro valore primi Matrimonii & primi conjugis, uti colligitur ex decis. à n. 298.

§. 10. Conjux ordinariè, nisi essent circumstantiæ moralem certitudinem facientes, non tenetur credere conjugi asserenti se non consensisse in Matrimonium initum, aut dicenti, se post Matrimonium initum invenisse impedimentum dirimens, *Nap. Valent. Rebell. Sanch. Bonac. Dicast. Avers. q. 21. f. 2. Burgh. cent. 3. cas. 75.* de alii cum *Schild.* contra *Tabien.* quia semper est præsumptio pro consensu, qui adesse debuit, & pro valore actus, qui positus est. Attamen, licet propriè non dubitetur, debet inquirere in circumstantias, v. g. an conjux sit fide dignus, & sine passione loqui videatur ac juret, tum enim videtur prudenter dubitari posse. Quid agendum sit, si Matrimonio contracto superveniat dubium de valore ob impedimentum impotentia, dicitur à n. 787. Quid autem dicendum

dum, si Matrimonium sit adhuc contrahendum, & dubium oriatur de impotentia, de impedimento dirimente, de futura fortè invaliditate Matrimonii contrahēdi, dicitur à n. 40. 533. 796.

368. Q. 49. Quid liceat conjugī, si post initium fecerit Matrimonium incipiat dubitare de vita prioris conjugis. Casus potest sic proponi; Cajus Titiam conjugem ante annos sedecim clam deseruit. Titia ante annos 10. audit Cajum adhuc vivere, & ante 9. annos, cum nihil ampliùs audiret de Cajō, duxit Sempronium, neque scit, an vivat Cajus, an non, nec potest jam, quamvis diligentissimè inquisiverit, id rescire. Quæritur, quid liceat his conjugibus, Titia & Sempronio. D. 1. Pontius l. 7. c. 53. n. 5. Marchant. & alii putant, quamvis mortuus esset Cajus, Matrimonium cum Sempronio esse nullum, adeoque illis nullum licere, quia Clemens III. referendus n. 672. dicit, non posse contrahere aliud Matrimonium, donec certus nuntius afferatur de morte prioris mariti, adeoque videtur illam reddere inhabilem ad aliud Matrimonium. Oppositum longè probabilius docent Avers. Spor. n. 51. Magr. n. 110. & alii communiter, & clarè colligitur ex Cap. Dominus, quod referam, n. 312. Verba autem illa, non possunt, non significant Matrimonium ideo fore irritum, si mortuus sit prior conjug, sed tantum illicitum, nam & verè dicitur, qui vovit continentiam, non posse Matrimonium contrahere, quia quod est illicitum, censetur impossibile; attamen si contrahatur, valet. Sed præscindendo ab hoc, an vivat, vel non vivat.

309. §. 2. Si uterque malâ fide processerit, certissimum est, inquit Sanch. l. 2. d. 42. n. 8. neutrum

posse petere aut reddere debitum, quia non est possessio pro Matrimonio, sed pro sexto præcepto copulam inter eos prohibente, nec alterutro foret possessio Juris pro petendo debito, cum possessio Juris inchoari non possit cum mala fide. Quod si eorum tantum unus malâ fide contraxerit, hic non potest petere debitum quâ rationem jam datam.

§. 3. Pignat. tom. 4. consult. 189. à n. 3. putat bonam fidem hîc esse ampliùs non posse, si contrahatur absque certitudine mortis alterius conjugis, quia Jura prohibentia sunt clara, & ignorantia Juris clari non excusat. Oppositum tenent *Simanc. Gutt.* & alii, nam imprimis potest bonam fidem habere, qui nescit alterum fuisse conjugatum: deinde potest fieri, ut etiam alter ex probabilibus argumentis bonâ fide judicet errorem suum conjugem obiisse, nec sciat requirere hoc plenior certitudinem: unde etiam ille dicitur hîc bonâ fide Matrimonium contraxisse, qui inculpabiliter judicavit sibi licere etiam in tali dubio, & in circumstantiis casus propositi Matrimonium contrahere, tametsi universaliter sciverit, superstitè altero conjugè non licere ad secundas nuptias transire: è contrâ, si processerit cum dubio, formidine, aut remordimento, ne peccaret sic contrahendo, non processit bonâ, sed malâ fide.

§. 4. Quamvis bonâ fide processerit, putatur aliqui debere nihilominus separari, nec posse vivere ut conjuges, 1. quia nullum habetur probabile argumentum de valore secundi Matrimonii, cum enim Cajus abiêrit clam, firmum est habuisse aversionem à Titia, & noluisse fieri, ubi esset, ne Titia sequeretur, vel ipse cogere-

310.

311.

Handwritten text on the book's spine, including the name 'Claudio' and the Roman numeral 'VIII'.

geretur ad eam redire, ergo quamvis jam emiseret ad 30. annos, imò & ad 100. inquit *Pignat.* n. 1. non ideo prudenter præsumi poterit obisse, tam enim parùm prudenter potest Titia ratione illius absentia præsumere Cajum esse mortuum, quàm parùm Cajus, si alicubi esset, ubi de Titia nil rescire posset, præsumere posset Titiam esse mortuam. 2. Cùm Titia & Sempronius contraxerint uno circiter vel altero anno, postquam nuntiatum erat Cajum adhuc vivere, præsumi debet Cajum tum vixisse, ergo Matrimonium præsumi debet ab initio fuisse invalidum, tempore autem convalescere non potest, neque nunc licitum est de novo contrahere, cùm non habeatur certitudo de morte Caji. Primum Matrimonium est in certa possessione valoris, nec probabile est illud primum Matrimonium defuisse, cùm desit omne prudens argumentum pro morte Caji, imò pro ejus vita fuerit testimonium uno anno ante initum secundum Matrimonium, ergo non est probabile, quòd secundum Matrimonium sit validum, bona autem fides contrahentium non juvat ad inchoandum vel continuandum saltem usum Matrimonii, nisi tum, quando dubium oritur, adfit saltem probabilitas de valore, si enim improbabile sit esse validum, ergo non erit probabile jus ad usum, cùm jus ad usum fundetur in valore.

312. §. 5. Si saltem unus eorum bonâ fide contraxerit, & adhibitâ diligenti inquisitione resciri possit de vita vel morte Caji, possunt permanere simul, & uti conjugio, nam *Lucius* *Cap. Dominus*, De secundis nuptiis ait: *super Matrimoniiis, quæ quidam ex vobis nondum habita*

conjugis certitudine contraxerunt, id vobis responde-
 rit, ut nullus amodo ad secundas nuptias migrare præ-
 sumat, donec ei constet, quod ab hac vita migraverit
 conjugis: si vero aliquis vel aliqua id hætenus non serva-
 verit, & de morte prioris conjugis adhuc sibi existimat
 dubitandum; ei, quæ sibi nupsit, debitum non denegat
 populanti, quod à se tamen noverit nullatenus exigen-
 gendum: quod si post hoc de prioris conjugis vita constite-
 rit, relicti adulterinis complexibus ad priorem conju-
 gem revertatur, unde tales adhuc tenentur ulte-
 rius inquirere, si sit modus rescindi de vita
 prioris conjugis. Nec obstat, quod Pignat. tom. 4.
 consult. 189. n. 4. dicat, responsum illud Lucii
 III. cum dicat de illis, qui hætenus id non serva-
 verunt, non valere pro his temporibus eò quod
 jam non possit esse bona fides, sed tantum ita
 dispositum de Matrimoniis eo tempore præteri-
 tus, nam contra est, quod ejusmodi dispositiones
 juris, licet dicantur fieri pro tali tempore, ta-
 men secundum Authores passim sunt regula
 communis etiam pro futuris temporibus, nisi
 aliud expressè dicatur, posse autem etiam jam
 esse bonam fidem, dixi n. 310. Ex dictis
 §. 6. Sequitur 1. quod in dubio de morte
 alterius conjugis, etiam ubi unus malâ fide pro-
 cessit, non necessario debeat dissolvi Matrimo-
 nium, sed quod ille, qui bonâ fide processit, sit in
 possessione juris, ut etiam petat debitum, & con-
 sequenter alter sit in obligatione, ut reddat, &
 consequenter, quod possessio juris ad usum se-
 cundi Matrimonii possit esse, quamvis sit certa
 possessio valoris pro primo Matrimonio, & non
 certum sed dubium, quod illud primum
 Matrimonium desierit. 2. Multò magis, si
 etiamque bonâ fide processerit, erit possessio juris
 pro

F. I.
 209
 H. mor.
 Claudi
 a Crox
 om. VIII
 ca

pro utroque ad petendum & reddendum debetum. 3. Possessio juris pro licito usu Matrimonii non necessariò fundatur in positiva probabilitate de valore, nam Cap. *Domnus*, dicitur mansisse dubium de morte prioris mariti, unde gratis dicitur, quòd bona fides in hac materia non juvet, nisi ubi est talis positiva probabilitas pro valore, nam jus ad usum hic fundatur secundo Matrimonio bonâ fide inito & exhibito valere.

314. §. 7. Ad rationes in oppositum allatas per responsio, nam est latum discrimen inter Matrimonium contrahendum, quod ante habitam certitudinem de morte prioris conjugis illicitum contrahitur, uti patet ex Cap. *Dominus*. Et quavis primum Matrimonium sit in certa probabilitate valoris, & nullum sit positivum probabile argumentum pro valore secundi, est tamen in illo secundo bonâ fide inito, & tamdiu continuato, possessio, quantum est necesse in ordine ad licitum ejus usum.

315. Q. 50. An usus Matrimonii ex metu gravissimo familiae vel mortis sit licitus conjugum, qui scienter, vel scilicet ignorantem contraxerit Matrimonium cum impedimento dirimente, quod tam citò removere non potest. Affirmant Magister, Hugo à S. Victore, Hostiensis. Idem dixerunt Henricus & alii, saltem si Judex compellat ad reddendum debitum, quia tunc videtur tolli impedimentum: sed oppositum est certum, uti tenent reliqui cum *Avers.* q. 11. 3. Et ratio est, quia cum Matrimonium nullum, copula certò erit fornicaria; nec ignorantia impedimenti, aut metus mortis, tunc est, cum possunt reddere habilem ad contrahendum, uti constabit ex dicendis

Nec Judex dispensat, sed tantum ex errore sibi
vincibili supponit abesse impedimentum.

Q. 51. An steriles, item illi, qui post Matrimo- 316.

nia facti sunt eunuchi aut impotentes licite sentent u-
tunt Matrimonii, tangant se &c. R. §. 1. Quoad
steriles, affirmat cum communi *Busenb.* quia ca-
pax sunt copulæ seminalis, & per accidens est,
quod non sequatur generatio. Et idem de seni-
bus decrepitis dicam n. 791. Potestque de ste-
rilitate feminarum videri *Zacchias* l. 3. tit.

§. 2. Si quis post Matrimonium sit factus 317.

eunuchus, docent *Tolet. Perez, Sanch.* l. 7. d. 102.
n. 16. *Gob.* n. 606. *Krim.* n. 1280. & alii licitum
esse illi reddere & petere debitum, quia jus habet
ad actum conjugalem, uti & tum, quando scit
esse sterilem, aut uxorem ita gravidam, ut
non sit conceptura, copula autem illa adhuc
servit illi ad remedium concupiscentiæ, qui est
suis secundarius Matrimonii, & per accidens
est, quod non emittat semen prolificum. Op-
erum tenent *Ledesm. & Dicast.* quia cum non
emittat verum semen, copula illa non est apta
generacioni, ergo illicita, secundum dicenda
n. 789.

§. 3. Quando post Matrimonium superve- 318.

nit impotentia seminandi intra vas, illicitum
est tentare copulam, si autem sit spes, licitum
est, etiam ad quoscunque annos, quamdiu spes
manet, & quamvis semen per accidens com-
muniter effundatur, *Sanch.* l. 9. d. 17. à n. 18. *Gob.*
n. 591. *Spor.* num. 122. Esse autem licitum
tentare copulam, etiam usque ad triennium,
quando dubium est de impotentia vel antece-
dente vel subsequuta post Matrimonium, dicitur
n. 787.

Q 2

§. 4.

E. I.
2. 0. 1
H. mor.
Claudi
a Croix
Tom VIII
ca

319. §. 4. Si alterutri conjugii superveniat impotentia sine spe copulæ, putant *Sanch.* l. 9. d. 17. 21. & *Avers.* q. 21. f. 8. licere illis tactus, sed quatenendum sit colligetur ex dicendis à nu. 33. est enim duplex sententia satis probabilis circa hoc.
320. Q. 52. An sint aliqua tempora, quibus actus conjugalis specialiter sit illicitus. R. Colligetur ex §. 1. Specialiter prohiberi die, quo conjugii benedictionem Matrimonii susceperunt, videtur asserere aliqua Concilia particularia apud *Rayn.* in *Heter.* tom. 16. f. 1. pu. 14. n. 35. quæ reverentia videtur exigere, ut quo die corpora benedicta sunt, non dehonestentur eo actu. *Rayn.* positum probabilius tenet cum communi. *Rayn.* actus enim ille est honestus, & potest esse mortalius: benedictio autem physicè transit, sicut moraliter tantum existens cras non impedit illum usum, ita nec hodie.
321. §. 2. Per se loquendo licitum esse die Communionis habere usum Matrimonii, dicitur l. 6. p. 1. n. 550. R. 1. Et ea, quæ can. 1. & sequenti causâ 33. q. 4. referuntur ex *S. Hiero.* de abstinendo die Communionis; ex *S. Aug.* *S. Th.* in *1. 2. q. 64. a. 5.* aliisque apud *Tiraq.* ad l. 15. c. 1. nub. à n. 112. de abstinendo diebus festorum processionum; ex *S. Ambr.* diebus jejuniorum &c. *Scot.* *Navar.* *Henriq.* *Sanch.* *Côn.* aliique plurimum cum *Avers.* q. 21. f. 6. dicunt esse consilii, & ea quæ sub forma prohibitionis dissuadeantur, ut in simili notat *Glossa* ad Cap. *Ad ejus.* 4. dist. 5. vel attendendum est per accidens ideo peccari, si prohibita per hoc impediatur. v. *Rayn.* num. 1. in fine.
322. §. 3. Tempore fluxûs, qui omni mense

at imp
o. d. 17
sed qu
nu. 33
bilis ar
actur
r ex lo
conjug
nt, vid
ria ap
35. co
e corpe
actu
uni B
esse me
nfiit
on imp
die Com
dictum
& fec
de ab
Th. in
15. co
storum
junior
ne pl
i, & ab
uti in
. vel
si p
num.
ense re
lam

riter accedit foeminis, illicitam esse copulam,
docent S. Th. Gabr. Turrecr. & alii, nam Cap. fin.
dicitur: cum in consuetis mensuris detinen-
tibus, viris suis misceri prohibentur. Et id pro-
hiberi sub mortali, tenent Scot. S. Bonav. Rosell.
Soc. veniali, S. Anton. Caj. Sor. Bonac. quia teste
Boudevv. p. 2. q. 15. est periculum aliquod infe-
ctionis viri & prolis monstrosae gignendae. At-
tamen occurrente justâ causâ, v. g. ab pericu-
lo incontinentiae, nullum, per se loquendo,
est peccatum, docent Nav. Sanch. Pont. Côn. &
alii cum Avers. q. 21. l. 6. nam supra Cap. fin.
peccatum refertur prohibitio antiquae legis, quae
nunc non obligat, periculum autem infectionis
vel monstrositatis rarum est. Et huic proli sim-
pliciter melius est esse, quam non esse. Imò Lu-
dar. Gayon in variis lection. l. 3. c. 22. fuse con-
trarie sanguinem menstruatam nihil maligni
habere: Deum autem prohibuisse coitum cum
menstruata, eò quòd sanguis menstruus ni-
hil crudus & frigidus, esset in matrice im-
pediturus generationem. Suadendum tamen
omnino est expectari post menstrua, quod tem-
pus Medici notant esse aptissimum generationi,
eo expurgatum & reclusum uterum, ideòque
difficiliter concipientibus suadent tum coitum.

§ 4. Quando alteruter conjux laborat go-
norrhœa, id est, profluvio seminis, quod effluit
voluntariè & sine ulla imaginatione, soletque
in mulieribus esse fluor albus, tunc tenentur
abstinere, quia sunt in proximo periculo tabis
et mortis, nisi sistant profluvium, ergo peccant
magis irritando, Boudevv. supra. Si tamen mor-
bus diu duraret, & esset proximum periculum
incontinentiae, præstaret mederi animae quam

E. I.
2. 0.
A. mor.
Claudi
a Crox
om VIII
C. A.

corpori: quod magis admittit *Sanch. n. 9.* si fluxum seminis patiatur.

§ 24. §. 5. Quamvis absit periculum abortus, quod communiter abest, tamen copulam esse illicitam, quando mulier est gravida, videntur dicere SS. *Ambr. Aug. Isid.* apud *Sanch. l. 9. d. 2. n. 40.* Speciatim S. *Hieron.* relatus *Cap. Origo. 5. c. 32. q. 4.* Attamen non esse mortale docet S. *Th. Alb. M. & Doctores omnes,* teste *Sanch. n. 6. & Avers. q. 2. f. 6.* concludunt cum aliis, per loquendo, nequidem veniale esse, quia Matrimonium etiam est in remedium concupiscentia, cum autem uxores magnam temporis partem gravidæ sint, nimis periculosum esset sub peccato obligari tanto tempore abstinere.

§ 25. §. 6. Statim post partum coire, antequam mulier physicè purgata sit, putant aliqui, ut *Boudevv. supra* esse mortale, quia vel non concipiet, sed solvetur vis retentrix omnis cum gravissimo periculo uxoris, vel concipiet, & coarctatus uterus pessimos humeros continet, erupturos in gravissima incommoda. Alii dicunt esse veniale tantum, quia non credunt esse tanta incommoda: *Sanch. n. 11. & alii* *Avers. q. 21. f. 6.* concludunt, si nullum malum immineat grave incommodum, nullum fore peccatum, quod enim communiter additur *Cap. fin. dist. 5. Nisi purgationis tempus prius fuerit, mulieres viris suis non debent admisceri;* id est filii esse notant *Avers. & alii.* Attamen plane suadendum est, & credendum Medicis in arte peritis, quod inde eveniant incommoda uxori.

§. 7. Dum mulier lactat, copulam sub mor-
 tali illicitam putarunt aliqui, sed etiam tum li- 326.
 citam esse, habet communis cum *Sanch. n. 15.*
Pon. Avers. supra, nisi per hoc redderetur impo-
 tens lactare, nec posset aliter nutrire prolem,
 nam quod habetur *Cap. Ad ejus 4. dist. 5.* ut ab-
 stineant à concubitu mulieris, quamdiu lactat,
 censendum est esse consilii, hinc *Glossa ibidem*
 etiam notat aliquos exponere, quòd talia sub
 forma prohibitionis dissuadeantur. Attamen
 quia plures Medici dicunt lac per hoc fieri per-
 niciosum proli, meritò dissuadetur; & ideo eti-
 am Nobiles, qui petunt nutrices pro prolibus
 suis, solent querere viduas, aut si admittant
 uxoratas, monere solent, ut abstineant à com-
 mercii maritorum.

§. 8. Notat *Sanch. l. 9. d. 24. n. 4.* statim post 327.
 prandium habere copulam, nocere valetudini,
 remittitque Medicus virum in phthisin incidisse,
 quia solitus erat post prandium convenire uxo-
 rem: quod si ita est, uti illicitum est sibi accerse-
 re morbum lethalem, ita & habere usum con-
 jugalem, qui talis morbi fit causa.

Q. 57. Quid præterea sit addendum circa peccata con- 328.
 jugii. R. De his multa habet *Busenb. relatus l. 3.*
p. 1. n. 708. & præter hucusque dicta adde se-
 quentia.

§. 1. An peccet ille, qui cum constituto in
 peccato contrahit Matrimonium, dixi l. 6. p. 1.
 n. 147. Qui autem Matrimonium contrahit in
 statu peccati mortalis, peccat duplici novo mor-
 tali, uno, quia indignus ministrat hoc Sacra-
 mentum, altero, quia indignus suscipit, uti ex-
 plicavi l. 6. p. 1. n. 93. & p. 2. n. 1119. quidquid
 contradicant *Rayn. in Heter. tom. 16. f. 1. p. 14.*

Handwritten text on the flyleaf, including:
 E. I.
 20.
 H. mor.
 Claudi
 a Crox
 Om. VIII
 C. a.

n. 4. alique cum *Aversa* q. 2. f. 2. Quod valet, quamvis per procuratorem, litteras vel nuntium contraheret. An verò ille, qui scienter contrahit Matrimonium invalidè, v. g. propter impedimentum dirimens, peccet peccato sacrilegii vel alterius speciei, dicam n. 532. Quamvis autem fideles adulteri committant irreverentiam in Sacramentum, tamen l. 6. p. 2. n. 1120. dixi hoc peccatum propriè non esse sacrilegium, & satisfacere confitentem, si accusetur de adulterio. Venialiter tantùm peccare conjuges, si ob solam voluptatem habeant actum conjugalem, dixi n. 295.

329. §. 2. Peccat mortaliter coniux, qui in actu conjugali cum sua, vel desiderat aliam, vel eam tantùm imaginatur, morosè se delectandam in alia quasi præsentè & carnaliter dilectam: si autem imaginatio & delectatio versetur circa aliam personam, non ut carnaliter dilectam, sed est, sine ullo affectu turpi, sed solùm ut naturaliter delectantem ob naturalem pulchritudinem aut formam amabilem, idque ob honestum finem sese provocandi, aut ut proles fructuosior concipiatur, per se loquendo nullum saltem mortale peccatum agnoscit *Sanch.* l. 9. c. 17. n. 6. etsi meritò fateatur rem esse plenam periculi, nec facilè permittendum & cautè consulendum, potiùs enim permittendæ sunt imagines, attamen non sacræ, nam has adhibere foret gravis irreverentia. Videri debent *dic.* l. 6. p. 2. n. 1052.

330. §. 3. Ex dictis l. 6. p. 2. à n. 1053. certum est committi adulterium, si coniux etiam confescente suo conjugate peccet cum tertio. Ibidem dixi à n. 1055. si conjugatus peccet cum conjugate

gata, esse duplex adulterium. Item si vir etiam cum propria uxore exerceat sodomiam &c. con- trahi novam speciem explicandam in confessio- ne. Quandonam autem peccetur per copulam conjugalem in loco sacro factam, dixi ibid. n. 107. potestque videri *Sanch.* l. 9. d. 15.

§. 4. *Arr.* De pecc. d. 47. n. 16. quamvis dicat 331. oppositum esse probabilius, tamen putat valde probabile esse, quod conjugato licita sit delectatio morosa de cogitata copula etiam cum aliena: sed tenendum est oppositum ex jam dictis, maxime cum copula cum aliena sit objectum etiam respectu talis conjugati intrinsecè ma- lura. V. dicta l. 5. n. 82.

§. 5. Quamvis *Sanch.* d. 16. aliique multi 332. cum *Avers.* q. 21. f. 5. dicant non esse mortale, si conjuges non fervent situm vel naturalem modum coeundi, v. g. si vir cognoscat mulierem à tergo, si vir sit succubus & mulier incuba, ta- men alii gravissimi Authores dicunt istos duos modos esse mortalia, tum quia videntur gravi- ter repugnare naturali honestati, tum etiam, quia communiter erit periculum dispergendi feminis: saltem fatetur *Sanch.* esse grave veniale, adeoque conjuges ita coeuntes esse graviter in- cepandos. An autem sit obligatio reddendi de- bitum conjugi sic petenti, dicam n. 356. Hoc tenet *Boudevv.* p. 2. q. 15. & alii, si coitus fiat stans vel ex latere, rariùs esse periculum effun- dendis feminis, eò quod non tam per influxum precipiatur in uterum, quàm per attractionem matricis, quae se protrudat antrorsum, & saepe avidius atterahat, quando est situs alius coeun- tibus magis placens, unde si adfit aliqua justa causa, dicunt fieri posse sine ullo peccato, ideò-

F. I.
2.0.
H. mor.
Claudi
a Crox
om VIII
C. A.

- que sterilibus quandoque suaderi à Medicis.
333. §. 6. Si conjuges habeant ordinariam commixtionem corporum, sed studiosè contineant semen, *Silv.* & alii putant peccare, sed *Sanch. Dian.* & alii cum *Gob. tr. 10. n. 592. Avers. q. 21. l. 5.* dicunt, si ab utroque absit periculum effundendi feminis, hoc se habere tanquam merum tactum, de quo postea dicitur.
334. §. 7. Si viro in copula seminante uxor studiosè contineat semen suum, *S. Anton. Cajet. Pe. lud. Henriq. Bonac. & alii cum Avers.* supra dictum peccare mortaliter, quia semen mulieris vel requiritur ad generationem, vel saltem est utile: Sed dubitant alii saltem de mortali, & *Gob.* supra negat esse mortale, dummodo per hoc non intendat impedire generationem, nam scientia satis communis est, semen uxoris non esse necessarium, neque statim mortale est omitti aliquid, quod ad generationem magis conducere.
335. §. 8. Docent *Zanard. Bonac. q. 4. p. 6. n. 17. Dicast. d. 9. n. 9. Homob. Sanch. Less.* aliique, qui referunt *Mendo diff. 5. q. 18. & Dian. p. 2. tr. 17. R. 38.* foemina post copulam conjugalem, quam ipsa non consummaverat, posse per tactum seipsam provocare, ut seminet: addit *Barr.* etiam in eo casu licere viro eam provocare per tactum in uxore, ut semen emittat, quia hoc ad copulam consummare, semen enim mulieris multum conducit saltem ad meliorem formationem foetus: Oppositum melius tenent *Tejada, Dian. Castrop. Mendo supra, Burgh. cent. 2. c. 46.* qui addit, in operibus *Sanch.* contrariam opinionem deletam esse *l. 9. d. 17. n. 9. & Lessum* quoque ita habere solum in editione *Pr.*

risensi, non Antvverpicnfi, *Baucii* sententiam
 expresse malè olere apud *S. Congreg. Indicis*: Ra-
 tio est, tum quia seminatio mulieris non est ne-
 cessaria ad generationem, tum etiam, quia fiet
 ob voluptatem post completum actum gene-
 rationis, ergo esset mortaliter illicita. *Antecedens*
probat, quia si necdum censetur generatio com-
 pleta, ergo soluta, quæ post copulam cum ado-
 lescente se ita provocaret & seminaret, non pec-
 caret peccato distincto à copula, quod dicere
 non audent contrariæ sententiæ authores.

§. 9. Peccat mortaliter uxor, si post copulam 336.
 habeat talem motum vel situm corporis, ex quo
 sit oriri, ut semen è matrice effluat, *Sanch. l. 9.*
d. 10. n. 3. An autem unquam liceat procurare
 expulsionem foetus saltem inanimati, dictum est
l. 3. p. 1. à n. 823. Et rectè docent *Laym. & Gob. t.*
10. n. 618. nunquam esse licitum sumere phar-
 macum ad impediendam conceptionem prolis,
 etiam si tantùm ideo sumeretur, ut uxor posset
 marito reddere debitum.

§. 10. *Nav. Silv. Lop. Cordub. Sa, Rodriq. Vega* 337.
 & alii, ad quos inclinat *Pont.* putant mortaliter
 peccare conjugem, si quando non est occasio vel
 voluntas habendæ copulæ cum sua conjugè,
 morosè delectetur de hac copula habita vel ha-
 benda, 1. quia venerea delectatio non est illi li-
 cita, nisi in ordine ad copulam, quam tum ha-
 bere non vult, vel non potest. 2. Quia tendit ad
 effusionem seminis extra vas. 3. Quia ob similes
 causas etiam illicitum est conjugi seipsum dele-
 ctare in tactibus proprii corporis, uti n. 339. di-
 cetur. E contra non esse mortale probabiliùs te-
 nent *S. Th. S. Anton. Gers. Caj. Med. Suar.* De pecc.
d. 5. l. 7. n. 9. Vasq. Laym. Sanch. & alii plurimi
 cum

E. I.
201

H. mor.
E. I. audi
a Crox

San. VIII

C. I.

cum *Dian.* p. 3. f. 4. R. 224. quia actus & delectatio sunt ejusdem rationis, ergo cum actus sit illicitus, & de objecto secundum se tali conjugio licito, quamvis tum non sit illi possibile, non ideo delectatio erit graviter illicita, maxime cum non adsit periculum effundendi feminis, uti supponitur. Nec simile est de tactibus proprii corporis, uti intelligitur ex dicendis n. 339. Et quamvis *Dian.* p. 2. tr. 17. R. 36. dicat ejusmodi delectationem morosam esse conjugio licitam, tamen multi cum *Avers.* q. 21. f. 8. dicunt esse veniale, vel ob inordinationem aliam, vel saltem ob defectum justii finis.

338. §. II. Conjux, qui ante vel in Matrimonio castitatem vovit, peccat, si incipiat tactus secum vel cum conjuge; item, si delectetur de copula licite habita vel habenda, quia hæc sunt vel initium copulæ, vel saltem contra votum, *Castrop. Avers.* §. Sexto. Docent tamen *Castrop. Dian.* p. 3. tr. 4. R. 224. & alii apud *Mendo* n. 150. delectationem de copula cum sua per accidens tantum illicita, v. g. ob periculum abortus, vel ob affinitatem, quæ supervenit, licere conjugio, quia talis delectatio videtur de se pertinere ad hoc conjugium: sed videtur loquendum secundum jam dicenda.

339. §. 12. *Sanch. Busenb.* & alii apud *Mendo* n. 150. negant esse mortale, si conjux nolens coire, se ipsum tangat propter voluptatem, absque periculo pollutionis. E contra *S. Anton. Silv. Nav. Vasq. Salas, Sancius, Armill. Dian.* p. 3. tr. 4. R. 215. *Avers.* q. 21. f. 8. §. Tertio, dicunt esse mortale, quia conjux non habet jus sic utendi corpore in ordine ad voluptatem secum excluso altero conjugio explendam, sed tantum habet jus in ordine ad

copulam, vel saltem communicando cum con-
 iuge, ergo hic actus non excusatur per conju-
 gium, ergo manet de se mortaliter malus, sicuti
 esset extra conjugium, & sicuti corporis, ita
 librorum membrorum & spirituum usus non vi-
 detur esse licitus conjugii in præiudicium Matri-
 monii & alterius conjugis, ad quem eiusmodi
 tactus non referuntur, sed potius ex natura sua
 proximè & vehementer tendunt ad effusionem
 feminis extra vas.

§. 13. Ex dictis inferunt multi, hoc solum 340.
 videri esse licitum conjugibus, quod referri po-
 test ad actum conjugalem, si enim eò referri non
 possit, putant ab omni peccato per conjugium
 non excusari, quamvis à mortali sæpe videatur
 excusari posse: Hoc autem solum dicunt referri
 posse ad actum conjugii, quod ad illum de pro-
 ximo habendum aliquo modo conducit, uti
 conducunt ostensio amoris mutui, dispositio
 naturæ ad actum conjugalem. Et ideo Tam. De
 pecc. d. 4. q. 8. n. 140. *Hevink* De pecc. d. 7. n. 36.
 alique dicunt tales tactus vel delectationes ex-
 tra occasionem copulæ esse saltem venialia de-
 lectu iusti finis, qui si absit, fatetur etiam *Sanch.*
 l. 3. d. 44. n. 21. esse venialia.

§. 14. Huc pertinet, quòd *Taberna* p. 2. tr. 1. 341.
 c. 5. §. 1. q. 5. resol. 1. docuit: nempe, si actus
 conjugalis sit illicitus conjugibus ob aliquam
 circumstantiam extrinsecam, v. g. ab morbum,
 periculum abortus, quamvis alii actus venerei
 tum exerciti sint veniales, dum illis deest debi-
 tus finis, tamen non ideo præcisè esse illis mor-
 taliter illicitos. Et idem dicendum putavit in
 casu impotentiae supervenientis Matrimonio.
 Hanc propositionem damnavit quidem Epi-
 scopus

E. I.
2. 0. 1

H. mor.
E. I. Audi
a Crox
om. VIII

C. I.

scopus Atrebatensis 5. Maji 1703. attamen etiam
etiam docent *Cajet. Sorus, Lopez, Tolet. Medin. Ochag.*
Rodrig. Zanard. Angel. Ledesin. Angles, Fagund. Vellin.
Marchant. Graff. Rosell. Bonac. Sylvius, Wiggers, Ma-
nigart, Mastr. Alvar. Vivald. Sanch. Hurt. Cón. Aver-
Bass. Fill. Dicast. Spor. Loth, Kellis. Herincx, Salma-
Dian. quos omnes & alios plures adductis locis
refert *Vindex Tabernæ* in *Collestaneis* pag. 47., di-
cuntque multi ex his auctoribus, si actus tales
sint in conjugibus semper peccata mortalia,
Matrimonium fore proximam ac perpetuam
occasionem damnationis æternæ, ideoque con-
jugibus illicitam fore omnem societatem con-
jugalem, utpote afferentem periculum proxi-
mum ejusmodi actuum, consequenter illos nun-
quam absolvi posse, cum occasiones illas proxi-
mas non sint parati deserere: atque ex dictis col-
ligitur omnino probabile esse actus tales in con-
jugibus de se non esse mortaliter malos.

Obji. Status Matrimonii illos tantum actus
cohonestat, qui hic & nunc censeri possunt usus
conjugii, sed talis tactus vel delectatio non po-
test censeri usus conjugii, cum ad eum, utpote
hic & nunc impossibilem ordinari non possit,
ergo. R. n. maj. alioqui nec licerent illis ulla
oscula vel aspectus, nisi actu cogitarent cotra,
ergo omnino probabile est statum Matrimonii
etiam cohonestare tales actus, quamvis non
sint primarius usus Matrimonii, cum sint saltem
secundarius. Et etiam probabiliter dicit *Aver-*
q. 21. f. 8. ejusmodi tactus de se reipsa ordinari
ad copulam, non quasi non liceant, nisi inter
eos, qui volunt & possunt habere copulam, sed
quia non licent, nisi inter eos, quibus est licita
copula, etiamsi habere nolint, aut hic & nunc
habere non possint.

§. 15. Si ob delictum vel impedimentum 342.
conjugi in pœnana prohibitum sit petere debi-
tum, putant *Sanch. & Dian.* licitè petere tactus,
quia pœna talis non debet extendi. Sed contra-
dicit *Avers.* l. 5. putans in ejusmodi dispositio-
nibus cum copula simul intelligi tactus de se ad
copulam ordinatos.

§. 16. Si ad tactus inter conjuges prævidea- 343.
tur securura pollutio, Doctores omnes, teste
Sanch. l. 9. d. 45. num. 33. dicunt esse mortale ;
tunc idem est de osculis ejusmodi pollutio-
nes causantibus. Putant quidem *Sanch. Fill. Za-*
rad. apud *Dian.* p. 3. n. 4. R. 217. conjuges per
tactus & oscula non peccare mortaliter in
his casibus; imprimis, si pollutio accidat pa-
tenti tactum vel osculum, deinde etiam peten-
ti, si intendat copulam, & interim prius erum-
patur pollutio, denique etiam, quando fit ad ex-
citandum aut conservandum amorem; ratio-
nem dant, quia sic dant operam rei licitæ, & pol-
lutio sequitur præter intentionem. Sed senten-
tiam illam meritò rejicit *Avers.* §. Verum. cum
cum illæ actiones sint in materia venerea, & per
se vehementer tendant ad effusionem seminis,
si quis eas velit prævidens secururam pollutio-
nem, censetur etiam velle ipsam pollutionem.

§. 17. Si conjuges per aspectus exponant se 344.
periculo distillationis, *Medin. Curiel, Zumel, Ver-*
gilio, Villal. Sanch. l. 9. d. 45. n. 41. *Dian.* p. 3. tr.
R. 226. dicunt non esse mortale, quia humor
ille non est semen, & delectatio illa honestatur
per conjugium, potestque ordinari ad copulam.
Si oppositum est probabilius, nam censetur
periculi distillatio, quam intendere est mortale,
semine effundatur semen inchoatum, & reipsa ta-
lis

F. I.
2. 0. 1
H. mor.
Blaudi
a Croix
om. VIII
ca

lis distillatio fit inchoata pollutio, uti fatetur
Sanch. n. 31.

345. §. 18. Si conjugati perficient verenda circa
vas præposterum absque periculo pollutionis,
docent AA. §. apud Mendo, n. 127. non esse mor-
tale, qui consequenter dicunt, uti refert Mendo
n. 141. si vir inciperet aut tentaret copulam
in vase præpostero absque periculo pollutionis,
absque animo consummandi eam sodomitice,
non esse mortale, quia sunt meri tactus, qui in-
ter conjuges non sunt mortalia; item, si ab-
sque periculo pollutionis, putant multi apud eun-
dem Mendo n. 135. non esse mortale, si con-
jugalium membrum virile immittat in os uxoris, quia
hic est merus tactus, quem à culpa mortali
videtur excusare status: sed primum esse morta-
le etiam in conjugibus docent Sanch. l. 9. d. 17.
§. Fagund. Castrop. Mendo n. 128. & alii, quia gra-
viter repugnat honestati naturali, & per se non
tendit, nisi ad copulam illicitam. Secundum
autem dicit Mendo n. 137. etiam esse mortale,
quia illa immissio in os est actio inchoativa co-
pulae, hanc autem inchoare in vase indebito
est mortale. Et in praxi semper resolvendum
pro his sententiis rigidioribus, ne usus Ma-
trimonii declinet tandem in abusus plus quam
bestiales.

346. §. 19. Docent Fill. Diam. p. 3. tr. 4. R. 25.
Mendo n. 134. & alii, oscula verendorum in con-
jugibus excusari à mortali: sed Palud. Silv. Rodri-
merito contradicunt, eò quòd hoc videatur non
tam graviter repugnare honestati naturali, uti
alia, de quibus dixi l. 6. p. 2. n. 1038.

347. §. 20. Si conjux consentiente conjuge
rumpat cceptam copulam, dummodo ab-
sque

utroque periculum pollutionis, Sanch. l. 9. d. 19. n. 3. Laym. & Dian. R. 227. dicunt non esse mortale, esse tamen veniale, si fiat sine causa, & adde Sanch. frequenter esse mortale ob periculum dispergendi ab alterutro seminis.

§. 21. Gravius est, si conjugata cognoscat duos solutos, quàm si conjugatus duas solutas, quia ordinariè impeditur generatio ex confusione duplicis seminis. 2. Quia vergit in præjudicium prolis, cum sit incertum, cui sit assignanda. 3. Quia majora sequuntur incommoda, v. g. ratione alimentationis vel hæreditatis, quæ si præberetur simul spurio, fit injuria legitima, de Fill. Bonac. q. 4. pu. 15. n. 4.

§. 22. Ad evitanda multa peccata juvabit, si confideret illa, quæ notat Petr. Greg. Tholosanus in Syntaxi artis mirabilis l. 23. c. 3. nempe 1. meminert uxorem suam sibi sociam à Deo datam, ut non vilius, ut ancillam habeat, non magnificentius ut dominam, siquidem ex latebris, non capite facta. 2. Servet uterque tori fidem. 3. Sit uxori & liberis vivendi exemplum. 4. Nunquam metum incutiat uxori sine verecundia & aliqua reverentia, peccata modica dispensando, nam pati sine verecundia ad meretricem pertinet, & metus cum odio tyrannum potius in domo, quàm maritum facit. 5. Ea præsens vir faciat & dicat, quæ eodem absente uxorem moneant multò sibi commodiorem vitam præsentem absente. 6. Tria semper abcondat ab uxore maritus, thesaurum vel ejus nomen, Veneris postremæ impotentiam, consilia necnon domesticarum. Bene dixit Inn. III. papa de contemptu mundi l. 1. c. 6. tria sunt, quæ non sinunt hominem in domo permanere, Tem. VIII. p. fumus

E. J. 201

h. mor. 2. laudi a Croix om. VIII

C. A.

fumus & stillicidium & mala uxor. *Erwinus* eas ferè scēminas ait incolumi pudicitia esse, quæ statâ, id est, mediâ quâdam formâ essent, *Aulus Gellius* in noct. Atticis. l. 5. c. 11.

Quandonam peccet uxor, si in necessitate non subveniat conjugî, colligitur ex dictis l. 3. p. 1. n. 719. & 731. An vir peccet percutiendo uxorem, dixi ibid. n. 734. Quandonam peccet conjugux usurpando vel malè utendo bonis alterius conjugis, aut etiam communibus, quæ vel ad Matrimonium contulerunt, vel in eo acquisiverunt, dixi ibid. à num. 1017. Plura circa usum licitum aut illicitum Matrimonii addentur à n. 352. 391. ubi plura addentur de redditione & petitione debiti.

350. Q. 54. Quid addendum sit circa peccata viduarum. R. §. 1. Viduis illicita est delectatio venerea, etiam sensibilis de copula præterita, ad eum modum, quo n. 151. dixi, sponsis illicitam esse delectationem in copula futura. Et ratio est eadem, quia actualis copula est illis nunc illicita, ergo etiam delectatio venerea vel sensibilis in illa intentionaliter præsentem, cum hæc delectatio sit non tantum de objecto illis nunc illicito, sed etiam per commotiones venereas naturaliter concomitantes sit quædam inchoatio copulæ actualis, quæ viduis illicita est, *Nav. Suar. De peccatis* d. 5. f. 7. n. 12. *Vasq. Sanch.* l. 9. d. 47. n. 1. *Spor.* n. 42.

§. 2. Si in viduis sit tantum rationalis appetitio copulæ habitæ, vel rationalis contentia, sive gaudium de aliquo honesto effectu ex illa secuto, v. g. de tali prole genita, nullum est peccatum, non enim tenentur reprobare detestari tales causas licitè positas, aut effectus bonos.

bonos ex iis secutos : neque hi actus manentes in superiore parte animæ, per se loquendo, solent commovere spiritus venereos, aut ad copulam tendere. Dixi, si &c. nam licet talis delectatio rationalis, quæ consistit in tali volitione approbativa absolute possit esse sine delectatione sensitiva, tamen homini ad delectationes venereas prono etiam tales cogitationes vel delectationes rationales plerumque periculose erunt, uti notant Auctores cum Gob. tr. 10. num. 675.

ARTICULUS II.

351.

An actus conjugalis sit preceptus & debitus.

Resp. I. Etsi conjuges nullâ lege obligentur ad usum Matrimonii, tenentur tamen per se ex justitia sibi reddere debitum, si alter ab altero expressè vel tacitè, verecundiâ scilicet obstante, petat. Ratio prioris est, quia non tenentur utri suo jure. Ratio posterioris sequitur ex natura contractûs mutui, S. Tho. in 4. d. 32. q. 1. a. 2. &c. communiter ex 1. Cor. 7. Unde resolves.

I. Neuter tenetur, per se loquendo, ad petendum debitum, etsi per accidens aliquando tenetur, vel ex charitate, v. g. ad avertendum periculum incontinentiæ imminens conjugibus, Perez d. 50. f. 2. num. 4. & 5. vel ex justitia legali, quod quod salus publica periclitetur, nisi proles nascatur.

II. Conjuges tenentur ad cohabitationem, nec potest alter ab altero invito diutiùs abesse, sine necessitate: quia hæc obligatio sequitur ex obligatione reddendi debitum; Sanch. l. 9. d. 4. Kom. d. 34. d. 2. n. 19. Perez n. 3.

P 2

III.

F. I. 2. 0. 1. mor. claudi a Crox. om. VIII. ca.

III. Peccat mortaliter, qui conjugii serio &
 instanter petenti debitum negat, quia est re-
 gravis, & debetur ex iustitia: intellige, nisi pe-
 tens precibus, aut aliâ ratione honestâ averti
 possit, & petitio non sit immoderata, (nam si
 sæpè petenti semel vel bis negetur, citra pericu-
 lum incontinentiæ, videtur esse tantum venie-
 le, ob levitatem materiæ; & aliquando, si im-
 modicè & iusto sæpius petat, nullum,
 secundum Perez f. 4.) nec sit alia iusta causa ne-
 gandi, Bon. q. 4. p. 1. ex Sanch. Fill. &c. iustam au-
 tem (secluso periculo incontinentiæ utrius-
 que) esse censet Perez n. 6. si plures nascantur
 filii, quàm possint alere.

IV. Peccat graviter vir vel mulier, si se im-
 potentem reddat, etiam mediis aliis licitis, v. g.
 jeuniis, &c. invitâ comparte; imò si aliter non
 possit reddere debitum, licitè non observat je-
 junia Ecclesiæ, sicut & uxor, si notabiliter vis fac-
 deformior, Bon. l. c. Sanch. d. 3. n. 11. Regin. Kon.
 Fill. n. 306. &c. Perez f. 2.

V. Conjux tenetur reddere debitum, quan-
 vis illicitè petenti, si redditio hinc & nunc non
 sit illicita, v. g. petenti voluptatis causâ, vel ligat-
 to castitatis voto, vel die festo, &c. Vid. Sanch. d.
 6. Pont. l. 9. cap. 3. Kon. dub. 6. Perez f. 5. quia ma-
 litia alterius non dat illi jus negandi, quod
 suum est. Non tamen tenetur reddere petenti
 sine gravi causa, modo innaturali, vel loco pu-
 blico, vel sacro, &c.

VI. Non tenetur reddere, 1. si alter alteri
 debitum remisit, v. g. si consensu mutuo voverint
 castitatem, vel auctoritate publicâ celebraverint
 divortium. 2. Si petens sit amens; quia
 talis non est capax usus dominii, nec petitio
 ratione
 in ebrion
 reddere
 per peric
 Sol. Ley.
 tus sit; q
 dem: r
 causa a
 VII. E
 prudens
 uxoris im
 petere de
 ill de eo
 tem, pe
 tamen ar
 gressum h
 si tamen
 etiam po
 Leyman. n
 Resp.
 tem, si in
 vel proli
 tur se que
 I. Si il
 laborans,
 men hæc
 non sit m
 Sanch. d. 14
 II. Si p
 morbo, c
 &c. Ite
 tempore r
 contra Sa
 uxor est g
 mortis (v
 ratio

ratione & humano modo. Quod etiam valer^o
in ebrio. Simpliciter tamen uti petere, ita &^o
reddere licet tam ebrio, quàm amenti, nisi es-^o
set periculum foetus enecandi, *Navar. cap. 16.*^o
Syl. Ley. l. 5. t. 10. p. 3. c. 1. n. 9. Si alter mœcha-^o
tus sit; quia frangenti fidem, fides frangitur ei-^o
dem: nisi tamen ipse quoque sit adulter vel^o
causa adulterii.

VII. Et si is, qui Matrimonio contracto sciens^o
prudens voluntariè cognovit consanguineam^o
uxoris in primo vel secundo gradu, non possit^o
petere debitum, tenetur tamen reddere. Idem^o
est de eo, qui inscià comparte vovit castita-^o
tem, post Matrimonium consummatum. Si^o
tamen antè vovisset, videtur obligari ad in-^o
gressum Religionis, saltem primo bimestri. (ni-^o
si tamen Matrimonium consummaverit) imò^o
etiam post, si uxor consentiat, de quo plura *vid.*^o
Laym. n. 10.

Resp. II. Conjux non tenetur reddere debi-^o
tum, si inde grave damnum vel periculum sibi^o
vel proli meritò timeat, *Perez f. 4. Unde non te-*^o
ner sequentibus casibus.

I. Si illud petat maritus morbo contagioso^o
laborans, v. g. gallico, peste, leprâ, &c. (nisi ta-^o
men hæc ante Matrimonium fuerit cognita &^o
non sit nimis gravis) *Bonac. q. 4. p. 1. n. 8. Perez,*^o
Sanch. d. 14. Laym. c. 1.

II. Si petat ab uxore laborante feбри vel alio^o
morbo, cui copula noceret, *Bon. n. 4. ex Sanch.*^o
6. Item *Perez l. c.* aut ut quidam volunt, ^o
tempore menstrui, *Bonac. p. 3. n. 11. & p. 6. n. 10.*^o
contra *Sanch. Hurt. Perez d. 49. f. 3.* aut dum^o
uxor est gravida, & ex redditione periculum^o
mortis (vel etiam abortus) probabile timetur^o

»proli jam conceptæ. Imò tunc nec petere, nec
 »reddere licitum est, ut per se patet, ait *Laym. n.*
 »7. & esse mortale, dicit *Perez f. 3.* (addens ex
 »*Sanch. Kon. & Hurtad.* cessante periculo prolis,
 »usum Matrimonii licitum esse) aut si non pos-
 »sit uxor edere foetum, nisi mortuum, *Bon. p. 1.*
 »& 2. nu. 14. (*Laym.* tamen cap. 7. nu. 7. dicit eo-
 »casu licere reddere, imò & petere: quod *Bon. l.*
 »c. concedit, si fiat ob periculum incontinentiæ,
 »aut non possit edere, nisi cum præfenti pericu-
 »lo vitæ, *Bonac. num. 7. Laym. n. 6.* Quod tamen
 »ad vitandam incontinentiam, aut alia gravi-
 »causa, eam posse permittere & debitum redde-
 »re, insinuat *Laym. l. c. ex Sanch. l. 7. d. 102. n. 11.*
 »Denique propter grave periculum morbi (non
 »tamen propter ordinarios dolores partus) po-
 »test conjux negare debitum, etiamsi in altero
 »esset periculum incontinentiæ, *Sanch. Prep. Pa-
 »laus, Dian. p. 6. t. 7. R. 64. & p. 9. t. 7. R. 4.*
 » III. Si alter debitum exigat innaturali mo-
 »do; nisi tamen ex negatione timeantur gravio-
 »ra mala, v. g. rixæ, odium, incontinentia.
 » *Queres.* An aliquando liceat impedire pro-
 »lis generationem.
 » *Resp.* Possunt quidem conjuges ex gravi cau-
 »sa aliquid facere, ex quo per accidens sequatur
 »effusio seminis, peccant tamen, si in usu Matri-
 »monii, vel post usum, faciant aliquid, quo
 »impediatur conceptio, aut semen conceptum
 »rejiatur. Ratio prioris est, quia non impedi-
 »tur generatio, ne quidem indirectè, sed tan-
 »tùm permittitur, ut non fiat, quod licet ex cau-
 »sa rationabili. Ratio posterioris, quia agitur
 »contra fidem & finem principalem Matrimo-
 »nii: Unde tales non excusat paupertas in-
 »minu-

minens aut periculum ex partu. Unde resolves, »

I. Licite interruptur actus conjugalis, et »
si ex naturæ concitatione secutura sit pollutio, »
quomodo sit justa causa interruptendi, v. g. »
si ex continuatione immineat periculum mor- »
bi vel mortis ab hoste, vel aliquis alius interve- »
niat. Vid. Perez d. 49. f. 9. »

II. Peccat probabiliter fœmina, quæ in usu »
Matrimonii animum aliò distrahit, ne natura »
excitetur; venialiter tamen, ut Perez n. 7. do- »
cet ex Sanch. »

ADDENDA.

Quest. 55. Quando debet licite reddatur 352.
conjugi illicite petenti. R. Hic variè loquun-
tur authores, uti refert Avers. q. 21. f. 7. §. Septi-
mo, & constabit ex jam dicendis.

§. 1. Quando petens tantum venialiter pec-
cat, Sanch. l. 9. d. 6. n. 6. absolutè dicit, alterum sine
peccato reddere, si aliàs esset offensurus, quia
hæc causa censetur excusare cooperantem: quod
verum videtur, si posset aliter licite petere, uti
si petat ob voluptatem, ad cavendam offensam
reddere potest, quia posset ex alio fine honesto
petere.

§. 2. Quando petere est mortale tenens se ex 253.
parte petentis, uti si petens habeat votum ca-
stitatis, vel aliud novum impedimentum, alte-
rum posse & teneri reddere docent Adr. S. Anton.
Henr. Sanch. l. 5. d. 11. n. 2. Castrop. Perez, Busenb.
relatus l. 2. n. 250. Viva ad prop. 9. Inn. XI. n. 14.
quia sicuti si quis contra votum suum repetat
depositum, teneor reddere, quia malitia peten-
tis non tollit jus, quod habet ad rem aliunde
suam,

F. I.
201
H. mor.
E. I. audii
a Crox
om. VII
C. I.

suam, ita etiam hic, cum actus ille secundum se sit licitus, & tantum illicitus ex circumstantia petentis, ergo videtur retinere jus suum, secundum Regulam de cooperatione l. 2. à num. 250. explicatam, quod ille non peccet, qui ex justa causa cooperatur actui, quem alter ex sua tantum culpa facit male. E contra nec tenetur, nec posse in tali circumstantia reddere docent *Rich. Silv. Comit. Pontius l. 10. c. 3. Krimier à num. 819.* & alii, quia petens hic & nunc non potest talem actum licite facere, & per votum vel novum impedimentum amisit usum sui juris, cum non possit habere jus ad peccandum, ergo non est licitum illi cooperari, Regula enim de cooperatione l. 2. à n. 255. & l. 6. p. 1. à n. 209. explicata tantum dicit licite fieri cooperationem, quando alter hic & nunc posset modo licito ponere talem actum, cui cooperor. Et hæc secunda sententia videtur probabilior; suadet autem rectè *Aversa q. 10. f. 4.* ut ille, qui prævidet peccandum, petat ipsemet, & tum poterit uterque licite talem actum habere.

354. §. 3. Si petens per suam culpam amisit potestatem petendi, quia v. g. per incestum contraxit affinitatem cum conjuge, conjux non tenetur reddere, *Sanch. n. 8.* Imò *S. Th.* aliique gravissimi AA. quos refert *Sanch. n. 11.* docent peccare innocentem, si reddat, quia cum justè negare possit, secundum dicenda n. 375. si non negat, videtur non tantum consentire in peccatum ipsius, sed etiam cum impedimento per novam affinitatem contracto, sine ulla necessitate coire, quod videtur illicitum. Oppositum tenent *Sanch. n. 12.* & *Dian. p. 9. t. 8. R. 32.* quia quamvis negare possit, tamen si reddat, per hoc non videtur

forma

formaliter cooperari peccato, vel illicitæ peti-
tioni alterius, sed tantum actui de se licito, ad
quem jus habet, & cuius usu privari non debet
ob crimen alterius, & ideo Cap. *Transmissæ*, &
Cap. *Tue De eo*, qui cognov. consanguin. dicitur,
quod affinitas post Matrimonium contra-
cta ei conjugii officere non debeat, qui iniquita-
tis particeps non fuit, officeret autem, si pecca-
ret reddendo, & si semper teneretur primus pe-
tere. Utraque sententia est probabilis, sed pri-
ma videtur probabilior. *Avers.* tamen q. 17. f. 3.
tenet cum secunda, si, postquam innocens mo-
nuerit nocentem, ut abstineat, non possit sine gra-
vi suo incommodo id illi persuadere: tumque
secundum rectè suadet, ut ipsemet innocens petat
debitum, quia nocens tum poterit sine peccato
reddere.

§. 4. Quando petere est mortale ob circum- 355.
stantiam tenentem se ex parte ipsius actus copu-
læ, ut si petatur in loco sacro, vel cum periculo
pollutionis, abortus &c. tum etiam reddere est
mortale, quia tum fit formalis cooperatio ad
actum de se malum, *Sanch. n. 16. Spor. supra.*

§. 5. Si conjux ob majorem voluptatem, quæ 356.
secundum dicta n. 295, fit venialiter mala, pe-
tere debitum situ vel modo non consueto, *Armill.
Palæ. Henric. & alii apud Sanch. n. 1.* dicunt, alte-
rum conjugem non teneri reddere, tum quia
non petitur modo debito & naturali, tum etiam,
quia non habet jus ad peccandum, secundum
dicta n. 353. Contradicunt tamen *Pontius, Es-
sch. Sanch. l. 9. d. 16. n. 8.* quia cum secundum
dicta n. 352. licitè possit reddere, videtur tene-
ri, si bonis verbis non possit adducere ad absti-
nendum, vel ad aliter coeundum, nec censebi-
tur

Handwritten text on the book's spine, including 'E. J.', '20', 'H. mor.', 'E. J. audu', 'a Crox', 'om. VIII', and 'C. J.'.

tur formaliter cooperari ejus peccato, quia posset hic & nunc aliter licite petere. Et secundum Regulam jam datam putarunt aliqui, si vir nolit seminare nisi extra vos, uxorem non teneri quidem, attamen posse admittere talem imperfectam ejus copulam: quia habet jus ad copulam; quod autem vir non faciat, uti deberet, posset, est ejus solius culpa, ad quam non censetur uxor, nisi materialiter cooperari, eo modo, quo petens Sacramentum ab illo, qui ex sua culpa ministrabit indignè, non censetur ejus peccato formaliter cooperari, secundum dicta l. 6. p. 1. à n. 211. Opponunt quidem priores Authores, non esse annuendum, sed resistendum desiderio petentis, Cap. Negligere, 2. q. 7. Cap. Anima, 2. q. 5. nam petenti etiam rem suam in grave damnum corporale proprium vel alienum, non est annuendum, ergo multò minùs in spirituale damnum, ergo etiam si posset aliter petere, si aliter non perat, negandum est illi. Sed Authores illi respondent ex textibus illis Juris tantum probari, quòd si posset commodè adhiberi correctio fraterna, & impediri peccatum petentis ad hoc esset obligatio, secundum dicta l. 1. à n. 208. & notat Sanch. n. 5. De cætero, ubi impediri non potest sine incommodo, offensa, rixâ, periculo incontinentiæ in petente, permitti potest peccatum, & cooperatio erit materialis tantum, aut fieri debet, quod suadet Avers. Ad rationem in contrarium, disparitatem dat. Sanch. n. 17. quod nemo habeat dominium corporale proprii vel alieni: è contrà Deus homini relinquit dominium morale circa bona animæ, quam reliquit in manu consilii ejus.

357. Q. 56. Quid specialiter sit notandum circa illud

qui ante vel in Matrimonio vovit castitatem, virginitatem, celibatum, Religionem, sacros Ordines. &c. §. 1. Gloss. Engel. & alii, quos referunt Sanch. l. 9. d. 33. & Merdo diff. 5. n. 167. dicunt eum, qui vovit castitatem, peccare mortaliter in sola prima petitione debiti, quod probabile esse dicunt alii 6. Authores cum Saa. Imò aliqui cum Tann. & Gob. tr. 10. n. 628. putant eum, qui ante Matrimonium vovit castitatem, nequidem in prima petitione peccare mortaliter, saltem si petat post primum bimestre, quia votum videtur suspendi per Matrimonium ininitum, talis enim tenetur consummare Matrimonium & reddere debitum, redditio autem debiti æquè adversatur castitati, ac petio. *Confirmant*, quia, qui vovit Religionem, si Matrimonium iniêrit, potest illud consummare, & post consummationem reddere ac petere debitum, nec tenetur stante Matrimonio tantùm rato transire ad Religionem, ergo & qui vovit castitatem. Sed absolute dicendum est, quamvis ille, qui castitatem vovit stante Matrimonio rato, non teneatur ingredi Religionem secundùm dicenda n. 360. at tamen nunquam licet petere debitum, ita S. Th. & 70. gravissimi Authores cum Sanch. n. 5. & Merdo n. 173. Ratio est, quia votum castitatis includit obligationem præcepti negativi, cum vivens se obstringat ad abstinendum ab omni actu venereo, ergo votum Castitatis etiam in Matrimonio factum obligat semper pro semper proad ea, quæ cum Matrimonio sunt compatible, compatibile autem est, non petere debitum, licet non reddere, non sit compatibile. *Resert*, quòd hoc viro videatur difficile, nemque onerosum uxori, quæ verecundabitur petere.

F. J.
201
H. mor.
Laudii
a Crox
om. VIII
C. A.

petere, *nam* imprimis, si viro sit difficile, *si* impūter, & petat dispensationem. Deinde poterit vir reddere, non tantum quando uxor petet expressè, sed quando ex signis, quæ inter conjuges sunt nota, advertet eam optare, uti paulò post dicitur.

358. §. 2. Qui vovit virginitatem, per hanc intelligens continentiam à primo actu, quo virginitas amittatur, hac necdum amissâ peccat mortaliter ineundo Matrimonium, nec potest primâ vice petere debitum: attamen, secundum dicta, potest reddere, & sic semel reddito debito, aut aliter etiam prius amissâ virginitate, potest contrahere Matrimonium, reddere & petere debitum, quia cessat omnis obligatio illius voti non amplius implebilis: quando nam autem amittatur virginitas, dixi l. 3. p. 1. n. 917. E contra si per virginitatem intellexisset continentiam ab omni actu venereo, reipsâ vovisset castitatem, uti rectè *Sanch.* n. 7. & intelligitur ex dictis l. 3. p. 1. n. 561. deberetque de illo dici, quod de vovente castitatem. Et notant *Sanch.* & *Averf.* c. 10. f. 4. in dubio præsumendum esse, quod per virginitatem intellexerit castitatem.

359. §. 3. Qui ante Matrimonium vovit cœlibatum vel sacros Ordines, peccat mortaliter, in primis ineundo Matrimonium ex intentione consummandi: deinde etiam consummato, quia per primum vult se constituere, per secundum se constituit in eo statu, ut votum explet nequeat, attamen consummato semel Matrimonio potest reddere & petere debitum, quod imprimis cœlibatus non est ipsi amplius potestabilis, & votum illud non ineundi Matrimonium non erat votum absolutum abstinendi ab actu

conjugali, sed tantum, quasi conditionatum, supposita abstinencia ab ipso Matrimonio, *S. An- ton. & alii cum Sanch. n. 22. Krim. n. 1969. contra Navarr. Cajet. & alios.* Deinde voyendo Ordines sacros non vovit castitatem, sed tantum statum, in quo voyenda esset castitas, sicuti non ideo tenetur ad Horas canonicas, sed tantum ad statum, in quo teneretur ad Horas, si illum suscepisset, *Sanch. Laym. Krim. n. 2128.* Et idem est, si in Matrimonio rato voveret sacros Ordines, & postea consummaret Matrimonium: uterque tamen, soluto per mortem conjugis Matrimonio, vel etiam inducto justo divortio, tenetur adimplere suum votum, quantum adhuc fieri potest, *Sanch. supra à n. 14. & d. 34. à n. 6.*

§. 4. Qui ante vel post Matrimonium ratum vovit Religionem, peccat mortaliter in- 360. cendo illud animo consummandi, vel consummando, posset enim & teneretur ante illud consummatum Religionem ingredi, & votum suum observare: si tamen semel consummavit, postea potest & petere & reddere debitum, secundum dicta n. 357. Qui autem ante vel post Matrimonium ratum vovit sacros Ordines, non potest resilire à Matrimonio rato, imò secundum dicta n. 206. nequidem à sponsalibus, ut sacros Ordines suscipiat: Si quis verò ante vel etiam post Matrimonium ratum voverit castitatem, virginitatem, sacros Ordines, & alter conjugum non consentiat, nec abstinere velit ab actu conjugali, docent *Alensis, Scor. Cajet. Nav.* atque multi apud *Sanch. l. 9. d. 34. n. 2.* illum teneri ingredi Religionem, quia hoc ipsi licitum est, & ita potest illis votis suis satisfacere, ergo ad hoc videretur teneri, E contra non ideo teneri

F. I.
201
H. mor.
I. Audi
a Croix
om. VIII
ca

teneri ingredi Religionem, sed posse reddendo debitum consummare Matrimonium saltem post primum bimestre, docent *Sor. Henriq. Ang.* alique cum *Sanch.* à n. 3. quia ita videtur stare in Extrav. *Joan. XXII. Antiquæ*, De voto, ubi innuatur, talem renuere posse ingredi Religionem. Ratio autem est, quia sicuti ille, qui vovit aliquid donare, aut etiam solvere alteri, id non possit obtinere, nisi vendendo se in servitutem alicui, ad hoc non tenetur, ita in nostro casu. Et ratio utriusque à priori est, quia cum tale medium servitutis vel Religionis sit aliquid in se difficillimum, & excedens id, quod voverat, vovendo, non censetur voluisse se obligare ad tale medium excessivè difficilius & altioris ordinis.

361. §. 5. Eum, qui ante vel post Matrimonium ratum vovit castitatem, teneri saltem primo bimestri negare debitum, docent *Sanch. l. 9. d. 4. n. 14. Avers. q. 10. f. 4. §. Demum, Gob. tr. 10. nu. 629.* & alii, cum enim sine peccato possit negare, & sic eousque stare voto per medium non difficile sed ordinarium, non apparet, cur non debeat: Probabile tamen esse, quod debitum reddere possit, tenent aliqui apud *Dian. p. 11. tit. 5. R. 40.* eò quod status Matrimonii videatur quoad redditionem suspendere votum. An autem etiam ille illo bimestri negare possit debitum, qui omnino nihil cogitat de Religionem eunda, dicitur n. 420. ubi à n. 419. plura addentur de isto bimestri.

362. §. 6. Peccat, qui Matrimonium contrahit cum illo, quem scit habere unum ex prædictis votis, quia cooperatur huic sacrilego ejus contractui, potest tamen postea ab hoc exigere de-

debitum, *Silv. Sanch. l. 9. d. 33. num. 2.* An autem peccet conjux si conjugi suo voto castitatis obtristato & illicitè petenti reddat debitum, dixi num. 353.

§. 7. Si quis post Matrimonium consummatum absque licentia conjugis voveat Religionem, aut sacros Ordines, intendens tunc implere, patet votum esse irritum, cum sit de re illicita: si intenderit implere post mortem uxoris, vel obtento legitimè divortio, valet, & præsumendum est sic esse factum, si absolutè & simpliciter vovit, non præfiniendo tempus, standum enim est pro valore actûs, & delicta non præsumuntur, ita quoad omnia *Sanch. l. 9. d. 35. à n. 11.*

§. 8. Votum non petendi debitum, quod si licentia conjugis, sive à viro, sive ab uxore contrahitur post consummatum Matrimonium, est validum, quia neuter tenetur petere, & laudabile est abstinere, *S. Aug. S. Th. Sanch. l. 9. d. 35. à n. 18. contra alios.* Similiter votum castitatis, quod tantum obligat ad non petendum debitum, hæc enim est materia divisibilis, in quantum votum, *Sanch. à n. 25. & colligitur ex Cap. Quilân & Cap. Placet, De convers. conjug. valetque hic, si non valet, quod ago, us ago, valet, us non potest, Cap. un. De despons. impub. in 6. Hinc infert Sanch. n. 29. votum hoc etiam obligat ad non ineundum aliud Matrimonium, non ad abstinendum ab omni actu venereo ex Matrimonio, quia potuit, & censetur se valuisse ad ista obligare.*

§. 9. Si vir & uxor statim post Matrimonium mutuo consensu voverint Religionem, ut pacto, ut uterque ingrediatur, sed neuter si altero, possunt post hoc consummare Matrimonium,

E. I.
2. 0. 1

mor.
Claudi
a Croix
VIII

C. 1.

monium, quia non voverunt castitatem, nec per hoc impediatur ingressus in Religionem, quamvis mortaliter peccare possit ille, qui est in mora ingrediendi, & ita non implendi votum, *Sanch.* l. 9. d. 37, n. 5. E contra, si ex communi consensu vir voveat sacrum Ordinem statim suscipiendum, & uxor juvenis castitatem, neutrum votum valet, etiamsi fiat ante consummatum Matrimonium, quia vir non potest ad sacros Ordines promoveri ex licentia uxoris mementis in saeculo, nisi haec sit sexagenaria, & non suspecta de incontinentia. Et consequenter votum uxoris etiam erit irritum, quia erat respectivum ad votum viri, vovebat enim castitatem pro eo tempore, quo vir haberet sacros Ordines, uti suppono cum *Sanch.* n. 7. qui putat in utroque casu posse utrumque amicabiliter petere & reddere debitum, attamen neutrum potest exigere aut teneri reddere, quia mutuo illo consensu & pacto videntur sibi remisisse obligationem. Addit n. 8. si mutuo consensu & pacto vir voveat Religionem, & uxor sexagenaria non suspecta de incontinentia castitatem, neutrum peccaturum, si petat aut reddat debitum, quia vir non vovit castitatem, & uxor eandem non vovebat, nisi vir profiteretur in Religione, ut iterum suppono: & quamvis Matrimonium consumment, poterunt & debebunt sua illa vota implere.

366. §. 10. *Can. Manifestum.* 33. q. 5. dicitur: quilibet eorum alterum à suo jure absolverit, scilicet consentiendo ut castitatem voveret, ad praeteritam servitutem ipsum revocare non poterit. Attamen qui consentit, ut conjux suus castitatem voveret, non ideo se privavit jure exigendi debitum & idem.

ideo, si petat, tenebitur alter reddere, *Imoc.*
Ab. Str. Nav. & alii cum Sanch. l. 9. d. 36. à n. 4.
 contra alios; si tamen vir consensisset, ut uxor
 roveret castitatem omnimodam, hoc ipso con-
 cessit, ut uxor se voto obligaret etiam ad non
 reddendum debitum, hinc, nisi hoc votum ir-
 rueret, peccaret ab ea petendo debitum, an au-
 tem hoc votum irritare possit, dicitur n. 368.
 Quod si voto non irritare peteret debitum, uxor
 teneretur reddere, nisi vir per pactum à se abdi-
 casset jus iustitiæ ad usum conjugii, tum enim
 uxor illicitè redderet, *Palud. Henriq. Sanch. n. 7. &*
Idem dicit Sanch. d. 37. n. 4. si vir prius cum
 uxore consensu uxoris, & postea uxor cum consensu
 viri castitatem vovisset, uterque seorsim, & abs-
 que mutuo pacto vel abdicatione juris, tum
 uxor maneret in utroque jus iustitiæ ad peten-
 dum, & consequenter maneret obligatio ad red-
 dendum debitum etiam illicitè petenti.
 § 11. Pactum mutuum inter conjuges non reddendi
 nec reddendi debitum est validum, si
 nulla enim fit injuria, & sicuti possunt mutuo
 vivere, ita pacisci: uterque tamen licitè pote-
 rit pactum illud remittere alteri, & ita petere ac
 reddere debitum, quia, ubi aliunde non adve-
 nit vitium, omnis res, per quascunque causas nasci-
 tur, per easdem dissolvitur, *Cap. 1. De Regulis Ju-
 r. Henr. Sanch. l. 9. d. 37. n. 19.* Quod si
 essent stare pacto, & juramentum esset adje-
 ctum in favorem utriusque, ut manerent liberi
 obligatione reddendi, possent mutuo con-
 cessit illud remittere, secus, si ex pietate ad co-
 muni Deum per contumeliam, tum enim ha-
 beretur, sicuti si supervenisset votum castitatis,
 observandum esset. In dubio autem, quâ
 intentione.

Ex lib. II. fol. 201.
Henr. mor. Claudii a Croix
omn. VIII
ca.

intentione jurarint, præsumendum pro causa pia, *Sor. Graff. Sanch. n. 20.*

368. §. 12. Dixi l. 3. p. 1. n. 493. cum communibere, quòd maritus non possit directè irritare vota uxoris, sed tantùm indirectè, & quasi suspendere, in quantum præjudicant suo juri; qualiter uxor etiam viri vota potest suspendere. Putat quidem *Illf.* probabile esse, quòd uxor possit irritare votum viri de non petendo debito, sed ex dictis l. 3. p. 1. n. 504. oppositum est tenendum, aliter enim potest satisfieri juri uxoris, ut jam dicitur. Et de omnibus illis potest videri *Sanch. l. 9. à d. 39. usque ad 44. fuffilimè* agens de irritatione quorumcunque votorum, quæ tam maritus quàm uxor emittit ante vel in Matrimonio, aut etiam in divortio &c.

369. §. 13. Maritus, qui sine consensu uxoris vivit, vel castitatem, vel non petere debitum, potest huic offerre actum conjugalem, si advertat eam optare, & præ verecundia non petere, quantum censetur ea tantùm redditio, *S. Th. in sup. pl. q. 64. a. 2.* Imò id posset facere, licet uxor consensisset in votum mariti, si adverteret eam alioquin fore in periculo incontinentiæ: nec tenetur suum votum manifestare, si prævideat quòd ipsa ideo non fit petitura debitum, ut cum aliis docet *Sanch. l. 9. d. 7.* & in simili hanc omnia dicentur à n. 378. de incestuoso. De cetero dixi l. 3. p. 1. n. 560. votum ingrediens Religionem emissum cum licentia conjugis irrevocabiliter cedentis juri suo, esse reservatum, uti & emissum sine licentia conjugis necessè consummato Matrimonio.

370. §. 14. Si uterque etiam communi consensu voluisset non petere debitum, & alteruter adverte-

erret alterum indigere ob periculum inconti-
 nentiae, possent, imò secundum *Nav. Sanch. l. 9.*
d. 7. n. 11. & d. 37. n. 22. tenerentur sibi mutuo
 reddere debitum, quia per votum non petendi
 non voluerunt excludere usum reddendi ex ju-
 stitia, vel saltem ex præcepto charitatis debi-
 tum. Aliud est, si communi consensu irrevoca-
 biliter vovissent castitatem, valeret enim hoc
 votum, nec possent petere, *S. Aug. S. Greg. Alb. M.*
S. Anton. Nav. aliique plurimi cum Sanch. l. 9. d.
17. n. 10. & 17. Imò dixi libro 3. p. 1. n. 560.
 probabile esse tale utriusque votum esse reserva-
 tum. Quòd si fierent obnoxii periculo inconti-
 nentiae, aut etiam alteruter laberetur in fornicationem,
 non ideo possent per Judicem Ecclesiasticum compelli,
 ut redirent ad usum corporis, sed tenerentur,
 vel fortius resistendo vincere tentationes,
 vel petere dispensationem, *Sanch. l. 9. d. 17.*
 addens n. 17. posse esse veniale, si prævi-
 detur tali periculo sic voveatur.

§ 15. Dispensatio in petitione debiti ab vo-
 ta prius editum, tantum servit vivente con-
 jugio, non autem post ejus obitum, tum enim
 non poterit de novo contrahere sine nova di-
 spensatione, secundum dicta l. 3. p. 1. n. 564.
 Similiter cum quo dispensatum est, ut cum vo-
 tualitatis aut Religionis contraheret, possent
 etiam petere debitum, si post conjugium
 carnalem exercent, aut etiam durante
 conjugio cum alia, quam cum uxore sua, peccat
 contra votum, quia tantum dispensabatur
 respectu suæ, *Sanch. l. 9. d. 33. n. 11. Laym. Lohm.*
 votum castitatis, cœlibatûs, Religionis &c.,
 non petet eum, qui ita proclivis est in luxuriam,
 nisi salubrius videatur inire Matrimonium,
 dixi

Q

Handwritten text on the book's spine, including the number 201 and various letters and numbers.

dixi l. 3. p. 1. n. 481. An autem proles nata
conjugibus obligatis voto castitatis, professus
Religione, post sacros Ordines susceptos, sit le-
gitima aut irregularis, dicam l. 7. c. 5. quando
de irregularitate.

372. Q. 57. An conjux adulter vel incestuosus habeat
ad copulam. R. §. 1. Est veluti pœna conventio-
nalis Jure naturali & divino inducta, inquit
Sanch. l. 1. d. 68. n. 4. ut frangenti fidem
non servetur, ideoque si unus conjugum admi-
tat adulterium, potest alter innocens ipsi nega-
re debitum; quamdiu tamen id non rescit
dissimulat, nihil excipiendo contrà, probabi-
lius videtur cum Caj. Sor. Sanch. n. 4. Fill. tr. 1.
n. 87. Gob. t. 10. n. 600. & aliis contra alios adu-
terum ipso facto non amisisse jus petendi debi-
tum, ideoque non posse quidem exigere tan-
quam debitum, attamen posse petere tanquam
benevolè concedendum, quia non tenetur debi-
tum suum prodere, nec pœnam talem prima-
rio in seipso exequi; & quamvis dicatur privari ipso
facto, intelligitur, si à conjuge innocente peti-
vetur.

373. §. 2. Si pars innocens habeat sufficientem
certitudinem de adulterio, quamvis juramentum
probare non possit, potest negare debitum, nec
ab adultero licitè cogitur ad reddendum, quod
ut dictum est, privatur ipso facto, id est, ad peten-
dum hoc jure non requiritur sententia, sed
sufficit sola innocentis voluntas, Sanch. l. 1. d. 68.
n. 8.

374. §. 3. Si pars innocens semel remiserit adu-
tero hanc pœnam, postea non potest amplius
negare ob idem adulterium, Sanch. l. 1. d. 68.
n. 9. Fill. supra: Si autem admiserit copulam

signa amoris sine animo remittendi jus suum, sed intendens aliis vicibus negare, potest postmodum negare, & etiam accusare, *Sanch. l. 10. d. 14.* Si autem admisit, abstrahendo ab eo, non remitteret, necne, docent *Nav. Sanch. Fill. Spor. n. 284.* non posse amplius negare debitum, vel accusare, eò quòd ista signa amoris voluntariè suscepta censeantur vera remissio, sed *Tamb. merito dubitat. V. dicenda n. 380.*

§. 4. Qui commisit incestum cum consanguinea uxoris in primo vel secundo gradu, in penam caret jure petendi debitum per *Cap. 1. De eo, qui cognov. consang. Si quis cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit, nec à matre debitum petere, nec filiam unquam habere potest uxorem.* Et secundum *Goff. in Can. Nosse 30. q. 1.* ipso facto ante sententiam privatur eo jure. Poterit tamen uxor innocens petere debitum, uti habetur *Cap. Transmissio, Cap. Discretionem, Cap. Tue. ibid.* An autem possit uxor incestuoso illicitè petenti reddere debitum, dixi *n. 354.* Et hanc pœnam non extendi, nisi ad incestum in secundo gradu, relictè contra alios probant *Sanch. l. 9. d. 27. n. 14. de hery. supra,* quia est propter affinitatem ex copula illicita, quæ nunc extenditur ad solum secundum gradum. Ad incurrendam tamen eam pœnam non prærequiritur ulla declaratio criminis, imò sufficit occultus incestus, *Sanch. d. 30.*

§. 5. Qui non scivit illam, cum qua coibat, esse consanguineam, aut putavit esse in remotiore gradu conjunctam, non incurrit eam pœnam, nam textus dicit: *si scienter*: putatque *Sanch. l. 9. d. 31. n. 47.* excusare ignorantiam etiam vincibilem & crassam, si non sit enormiter temeraria, vel affectata. Quòd si sciverit se committere incestum

estum intra secundum gradum, sed non sciverit hanc pœnam esse illi annexam, putant *Laym. Dian. Bonac. Portel, Castrop. tr. 2. d. 1. pu. 17. Loh. Burgh. cent. 3. cas. 64.* non impediri à petitione debiti, quia pœnæ novo Jure ab Ecclesia statuta non incurruntur ab ignorante eas, uti cum communi *Sanch. in Decal. l. 4. c. 22.* maxime si pœnæ sint extraordinariæ, & illas reus in scriptis teneretur exequi, uti hic facere deberet. Oppositum probabilius tenent *Henriq. Pont. Perez. Sanch. De Matr. n. 50. supra Averf. q. 17. f. 3.* sicuti enim secundum dicenda n. 642. mulier occidens virum, ut cum adultero contrahat, incurrit pœnam criminis, quamvis non sciverit esse annexam, quia impedimentum criminis non est materia pœnæ, sed simul inhabilitatio, ita & hic incurritur inhabilitas ad petendum debitum contractum impedimentum novæ affinitatis.

977. §. 6. Uxor, quæ cognovit consanguineum mariti sui, coacta metu gravi cadente in constantem foeminam, secundum *Sanch. hic l. 9. d. 31. Pont. Perez,* non potest à marito petere debitum, quia ille metus non excusat à culpa, ergo nec à pœnæ: & sicuti metus à culpa non excusat participantem cum excommunicato etiam non excusat ab excommunicatione, ita hic à parte Oppositum tenent *Laym. Bonac. Loh. Averf. q. 17. f. 3. Burgh. cent. 2. cas. 52.* quia universim visus metus gravis excusat à transgressione & contumacia contra legem ecclesiasticam, cum non sit credibile benignam matrem velle obligare tantum tanto rigore, pœnæ autem tales statuuntur tantum contra transgressores & contumaces, ut docent, præter citatos, *Nav. Avil. Salas, Fill. C.* Et hinc patet ad 1. rationem. Quod autem

tus non excuset participantem cum excommu-
nicato, inde est, quia quando metus incutitur
in contemptum Ecclesiæ, uti fieri supponitur,
quando quis cogitur participare cum excom-
municato, metus non excusat à culpa aut pœna,
ut dicam l. 7. n. 98. hoc autem non est in nostro
casu.

§. 7. Si periculum sit, ne propter omisso- 378.
nem petitionis debiti, Matrimonium uxori ni-
mis odiosum fiat, potest maritus incestuosus of-
ferre uxori actum conjugalem, quoties ipsi vi-
debitur honestum, vel quoties adverteret id opta-
re uxorem verecundam, aut alioquin futuram
in periculo incontinentiæ: Ratio est, quia hoc
petendi genus censei potius debet redditio, ad
quam tenetur, quàm petitio debiti, S. Th. & alii
cum Sanch. l. 9. d. 7. Addit Sanch. n. 8. conju-
gem, cui prohibitum est petere, posse alteri ma-
nifestare suum impedimentum, ne suam peti-
tionem exspectet, & ne reddatur ei Matrimo-
nium onerosum.

§. 8. Quando conjux prudenter tmet, ne, si 379.
non petat debitum, alter veniat in cognitionem
sui criminis, & gravis inde discordia oriatur,
petere potest debitum, & non urget hæc pœna,
Lep. l. 5. t. 10. p. 3. n. 15. Lohn.

§. 9. Quamvis conjux innocens etiam sæpius 380.
debitum petierit ab incestuoso, non ideo cense-
tur remisisse, aut amisisse jus imposteriorum ei ne-
gandi debitum: imò cum hæc privatio juris pe-
tendi debitum non sit in favorem innocentis,
sed in pœnam incestus, & ob affinitatem novam
contractam, innocentem non posse hanc pœnam
remittere, docent cum communi Sanch. l. 9. d. 6.
l. 7. & Aversa supra.

Q4

§. 106

381. §. 10. Si uterque conjux commiserit adulterium, utrique licitum est petere & reddere debitum, quia delicta se compensant, Cap. penult. & ult. De adult. E contra si uterque sit incestuosus, neutri licitum est petere, quia utrique imponitur pœna non petendi propter contractam affinitatem, Abb. S. Anton. Nav. Silv. Aversa q. 7. l. 3. Sanch. l. 9. d. 28. addens, neutrum etiam posse reddere alteri illicitè petenti, id enim in Jure conceditur soli innocenti, neuter autem hic est innocens: si tamen malitiosè fecissent animo alterum debito conjugali defraudandi, quamvis uterque peccaret petendo, tamen Sanch. contra Avers. putat, quòd tenerentur petenti reddere, quia Cap. Si vir, De cogn. spirit. videtur ita esse decisum de cognatione spirituali, ubi redditur ratio, quia malitia & fraus non debent eis patrocinari, & idem videtur hic esse. Ratio autem universalis (quæ saepe servire poterit) est hæc, quia quando lex, etiam de se odiosa, exprimit rationem, ob quam lata est, extenditur etiam ad casum, in quo clarè occurrit eadem ratio legis, ut colligitur ex L. 2. §. 29. Quòd si curatores, ff. ad S. C. Tertyll. Ex Cap. Si postquam, cum Gloss. v. Monte, De elect. in 6. Ex L. Illud, ff. Ad leg. Aquil. Ex L. A Titio, 108. ff. De verb. oblig. junctis Glossis, docentque Panorm. Gutt. Manic. Trapat. Decim. Mascard. Barbat. Cravet. Paris. & alii, quod citant & sequuntur Pignat. in novissimis cons. 195. pag. 478. & De Justis l. 2. c. 19. n. 3. quia eadem ratio exprimitur, debet esse eadem Juris dispositio, etiam in pœnalibus; neque illa censetur esse interpretatio extensiva, sed declaratio comprehensiva, sequenda enim est mens legis, ubi exprimitur, & non solum verbum.

§. 11. Qui post ratum, sed ante consumma- 382.
tum Matrimonium contrahit affinitatem cum
uxore sua, non tenetur Religionem ingredi, sed
potest reddere debitum & consummare Matrimo-
nium, uti in simili dictum est de illo, qui
voverat castitatem: & docet specialiter de ince-
stuofo *Sanch. l. 9. d. 29.*

§. 12. Si fiat coitus sodomiticus, quamvis 383.
sit vel adulterium vel incestus quoad malitiam
& repugnantiam cum natura rationali, tamen
non ideo incurruntur hæ pœnæ civiles aut cano-
nicæ, neque etiam impedimentum affinita-
tis, quia leges vel Canones loquuntur de adul-
terio & incestu in vase naturali, nec in pœnis va-
let extensio à minori ad majus, *Fill. tr. 30. n. 106.*
Amob. & alii.

§. 13. Qui cum muliere affine uxori suæ; 384.
tam qui cum sua consanguinea habet copulam,
non ideo privatur jure petendi debitum, quia
Canones tantum loquuntur de eo, qui habuit
copulam cum consanguineis uxoris suæ. Putant
etiam aliqui cum *Herinx*, si conjux consentiat in
copulam incestuosam sui conjugis, privari jure
petendi debitum, sed non invenio id ullâ lego
de statutum.

Q. 38. Quid dicendum sit, si Matrimonio superve- 385.
rit cognatio spiritualis. *R. §. 1.* Si pater in neces-
sitate baptizet suam vel suæ conjugis filium,
contrahit quidem cognationem spiritualem
cum matre, attamen non privatur jure petendi
debitum, quia æquum non est, ut qui obligationi suæ,
satisfacit, ideo pœnam subeat, *Can. Ad limina 30. q.*
Sanch. l. 9. d. 26. n. 2. Avers. q. 16. f. 2. Gob. tr.
no. n. 605. qui dicit id probabile esse, quamvis
cetera necessitatem fecisset, uti notavi *l. 6. p. 1. n.*

Q 5

358.

F. I.
201
G. mor.
Claudii
a Croix
VIII

C. I.

358. idemque defendunt *Durand. Cajet. Suar. Cbr. Hurtad. Perez d. 29. f. 6. Dicast. d. 9. dub. 8. n. 90. Spor. n. 90. & 276.*

386. §. 2. Pater absente omni alio assistens velut patrinus suo vel sua conjugis filio probabiliter etiam non privatur jure petendi debitum, quia quamvis in eo casu patrinus non requiratur ad valorem, attamen requiritur ex praecepto, & ut habeatur tota significatio Sacramenti, ergo haec etiam necessitas excusat, *S. Th. aliique plurimi apud Sanch. n. 3. & Mendo diff. 5. q. 2. n. 119. contra Ledesm. Henriq. & alios.*

387. §. 3. Si quis extra necessitatem stante Matrimonio contraxerit cognationem spirituales cum sua conjugis, *Glossa, Durand. Praepos. Cbr. Dica. p. 11. tr. 5. ref. 39. Averf. supra & alii dicunt non privari jure petendi, multo minus reddendi debitum, quod Sanch. & Bonac. q. 4. pu. 5. n. 4. dicunt esse valde probabile, quia poena non petendi debitum non videtur esse in Jure statuta, nisi ratione cognationis spiritualis ante Matrimonium contractae, cum Jura loquentia de cognatione illa contracta post Matrimonium nihil dicant de poena illa, sed expressè velint non separari toro, odiosa autem non sunt extendenda. E contra dicendum videtur cum communi, *Sanch. n. 7. Mendo n. 165.* teneri quidem reddere debitum, quia innocens non debet jure suo privari, attamen petere non posse, uti, secundum dicta antè, non potest petere, si stante Matrimonio voveat castitatem, aut contrahat affinitatem per copulam illicitam cum consanguineo conjugis. Et quamvis quoad cognationem spirituales id clarè non evincatur ex Jure, sufficit tamen communis consensus Theologorum*

Juristarum, qui in hoc *Glossam* deserunt. Neque
hic extenduntur odiosa, sed explicantur leges in
casibus omnino æqualibus, & per æquivalen-
tiam ipsam.

§. 4. Si conjux ignoranter contraxerit hanc 388.
cognitionem, non impeditur usus conjugii, ne-
quidem quoad petitionem debiti, can. *De his*,
10. q. 1. Cap. *Si vir*, De cogn. spirit. *Sanch. d. 32.*
Valerque non tantum in ignorantia facti, si non
sciverit esse filium suæ conjugis, sed etiam in
ignorantia Juris, si nesciverit legem id prohi-
bentem. Si tamen scivit legem prohibentem,
quamvis non sciverit oriri illud impedimen-
tum, non excusatur, sed impeditur à peten-
do, *Avers.*

§. 5. Aliqui putarunt, si tam maritus, quam 389.
uxor ejusmodi cognitionem contraxerit, delicta
quali compensari, & neutrum privari jure pe-
tendi debitum. Sed oppositum tenendum est,
quia ita postulat reverentia Sacramenti; quod,
vel in quo ministravit. v. *Avers.* supra.

§. 6. Quamvis secundum dicta impediatur 390.
petitio debiti per supervenientem cognatio-
nem spirituales, attamen non impeditur per
supervenientem cognitionem legalem, uti di-
citur n. 601. Quis autem dispensare possit ad
petendum debitum, si Matrimonio superveniat
cognatio spiritualis, votum castitatis
dicetur suis locis.

Q. 59. Quid præterea addendum sit circa petiti- 391.
onem & redditionem debiti. Bz. §. 1. Excusatur con-
jugium à peccato gravi, quando negat alteri petenti
debitum benevolè & amicè, non autem tan-
quam debitum, quia tum non censetur petere
cum animo obligandi, *Perez d. 50. n. 3.* E contra
peccat

F. I.
201
mor.
laudii
Croix
VIII

peccat mortaliter, si vel semel neget serio, instanter, & rationabiliter petenti, *Gob. tr. 10. n. 611.* Attamen non peccat mortaliter, saltem ordinariè, qui tantum parvo tempore differt, v. g. si petenti de die, neget, quia reddet de nocte, *Diana p. 5. tr. 5. R. 14. Perez, Gob. num. 614. Spor. num. 276.*

392. §. 2. Quamvis licitum sit negare debitum ad vitandum magnum detrimentum in bonis fortunæ vel famæ, quia contrahens non obligavit se ad notabilia incommoda ideo subeunda, *Sanch. l. 9. d. 25. n. 5.* tamen multiplicatio prolis ordinariè non excusat, nisi abesset omne periculum incontinentiæ, & immineret magna incommoditas in alendis tot prolibus, *Sot. Lp. Sa.* De cætero finis Matrimonii est propagatio generis humani, & ordinariè non ideo incurritur gravis necessitas, *Silv. Sanch. Lym. Gob. n. 625. Spor.* Et saltem in perpetuum non poterit ideo negari debitum ob periculum incontinentiæ, ergo frustra negabitur ad breve tempus, post quod nihilominus fiet conceptio.

393. §. 3. Peccat conjux, qui per voluntarias solutiones reddit se impotentem ad reddendum debitum: item, qui sine justa causa diu vel longè peregrinatur absque consensu conjugis, quia iniuste privat solutione debiti.

394. §. 4. Si vir sit amens vel ebrius, uxor potest, attamen non tenetur ei reddere debitum, quia petitio illa non est actus humanus, ergo non obligat, *Sot. Henriq. Sanch. l. 9. d. 23. Avers. q. 21. l. 7. Loth tr. 18. à n. 17. contra Nav. Silv. & alios.* Si vir sit tantum semiamens vel semiebrius; uxor tenetur reddere, quia possessio juris ad petendum stat pro viro: item si vir aliàs pareretur

pollutionem, uxor tenetur reddere, quia æquitas postulat, ut valde egenti reddatur, quod debetur, *Sanch Gob. n. 615. Spor. n. 284.* Peccat vir compos mentis, si petat debitum ab uxore amente, quia probabilissimum est periculum, ne fœtum in utero necet, *Sanch. n. 8. Gob. n. 595.* Si uerque sit impos mentis, mortale esset eos coniungere ad copulam, quia evidens est periculum prolis suffocandæ, vel si nascatur, malè educandæ, ideo enim etiam vagus concubitus est illicitus, *Ledesm. Lop. Sanch. n. 5. Averf. supra.*

§. 5. Si morbus, v. g. gallicus vel lepra, valde diu duret, congruum erit, ut alter conjux aliquando reddat, *Sanch. d. 24. n. 23.* Imò videtur teneri aliquando reddere, quia nimis difficile est aliquibus perseverare in perpetua lucta contra motus concupiscentiæ: potest autem alter sic regere se, aut tali modo congregi, ut vitet periculum contagionis, *Spor. supra.* Hecticâ laborantem *Laym.* excusat à redditione debiti, quia multum nocet homini phthifico vel hecticâ laboranti effusio seminis. Si lepra supervenerit uni conjugum, alter sanus non tenebitur ei quidem cohabitare cum probabili periculo infectionis, quia obligationi debiti prævalet salva individui sui incolumitas, *Sanch. n. 29.* qui caput 2. De conjug. lepros. intelligit, si fieri possit absque notabili periculo infectionis. De excusatione à reddendo debito ob periculum morborum vel infectionis, plura videri possunt apud *Zacch. l. 3. c. 3. q. 6.*

§. 6. Si nimis frequenter petatur debitum, 396. negari potest, v. g. si ter unâ nocte reddiderit, potest quartâ vice negare, *Rodriq. Laym. Spor. nu. 113.* addit *Gob. n. 622.* videri etiam nimis frequen-

Handwritten text in red ink on the book's spine, including the number '201' and various letters and words such as 'mor.', 'Claudi', 'a Crox', and 'VIII'.

quenter peti, si maritus non contentus nocturna redditione, etiam per diem petendi consuetudinem habeat; aliud est, si quandoque tantum per diem peteret.

397. §. 7. Uxor sciens ex iudicio Medicorum, se concipiat & pariat, fore per hoc in proximo periculo vitæ, illicitè ejicit semen, uti habet communis & certa, contra *Fagundez*: itaque vel deprecetur, vel neget debitum, nam secundum dicta n. 395. non tenetur reddere cum tali periculo.

398. §. 8. Uxor non peccat communicando in causa Matrimonii, aliisque rebus omnibus cum viro suo excommunicato, dummodo in crimine ipso non communicet, Cap. *Quoniam multos*, l. 1. q. 3. similiter vir cum uxore excommunicata. Quod valet, etiam si tantum ratum sit Matrimonium, & quamvis uterque esset excommunicatus. Possuntque ista pluribus videri delecta apud *Sanch.* l. 9. d. 14., ubi plura habet circa conjuges excommunicatos.

399. §. 9. Confessarius debet monere penitentem, si advertat eum negare debitum: tum autem est causa id suspicandi, si sint continua rixæ inter ipsos, hinc suaviter rogari potest, an etiam omnia præstet, ad quæ obligatur, conjugis suo vel suæ. De obligatione reddendi in primo bimestri, dicitur à n. 419. Ad quid teneatur uxor, si vir propter arctitudinem vasis non possit habere copulam, dicitur n. 798.

400. Q. 60. Quid ad hunc casum sit dicendum: Cajus viduus procatu Claudiam, quæ in Matrimonium consentire noluit, nisi Cajus promitteret ei mille imperiales ad liberam ejus dispositionem in perpetuum dandos. Fasit hoc Cajus,

noctur. sed in Matrimonio invenit Claudiam minus
 consue. habilem ad copulam, ita ut actum Matrimo-
 que tan- niale sepius consummare non possit: & cum
 rum, se, alleveranter dicat se eo solum animo eandem
 imo pe- duxisse sub tanto pretio, ut reliquis vitæ diebus
 et conti- uteretur licitis delectationibus Matrimonii,
 e vel de- Querit, an teneatur totam illam summam dare
 cundum Claudiam. *Respondeo.* Si Claudia possit servare mode-
 tali pe- ratibus conjugii, ita ut Cajus non ideo sub-
 do in tit- eas periculum incontinentiæ, vel patiatur gra-
 um vno- vestationes, Cajus tenetur præstare; quod
 mine pa- promissit, quia Claudia non censetur se obligâs-
 tos, 11. se, nisi ad quod tenentur conjuges, conjux au-
 unicata- tem non tenetur reddere debitum conjugi im-
 Matrimo- moderatè petenti, uti n. 396. dictum est. E con-
 munita- tra, si Claudia non possit ei præstare illas dele-
 dedica- ctationes licitas & moderatas, videtur probabi-
 et circa- le, quod Cajus possit retinere, & Claudia tenea-
 ceniten- tur remittere partem promissæ summæ. Ratio 1.
 tum au- esse potest, quia corpus Claudiæ hîc habet se ve-
 nuæ rix- lute merx habens vitium occultum, ergo sicuti
 , an eti- vendens talem mercem postea tenetur restituere,
 conjugii- quanti æstimabile erat hoc vitium, ita Clau-
 ni primo- dia tenebitur remittere, quanti judicio prudenti-
 teneatur- tam æstimabilis est ista inadæquata carentia li-
 non pos- citæ delectationis. 2. Cajus dicit, se eo solum ani-
 : Cajus- mo duxisse Claudiam sub tanto pretio, ut licitis
 Matrimo- delectationibus Matrimonii uteretur, quando
 mittere- suam qualitas ignorata (licet accidentalis sit)
 spofitio- fuit tota ratio & finis & unicum motivum cele-
 Cajus- brandi contractum, illâ deficiente consensus est
 sed- omnino involuntarius, adoque nullus, uti ex-
 præse *Omnia De contr. d. 3. n. 131.* sicuti si ego
 sacerdos volens me vestire, absens emerim pan-
 tum, quem putabam nigrum, erat autem al-
 bus,

E. I.
 2. 0. 1
 G. mor.
 Claudii
 a Croix
 5. III. VIII
 C. A.

bus, quamvis nigredo sit qualitas valde accidentalis panno, tamen emptio est nulla, qui deficit totus finis & unicum motivum merceptionis, ergo. Pro opposita parte est, quod major vel minor habilitas corporis in Claudia non venerit in contractum, neque ad illam majorem habilitatem consensum suum restrinxit Cajus (alioquin ipsum Matrimonium esset invalidum) ergo sicuti absolute consensit in Matrimonium, ita etiam in donationem illam summam. *Nec obstat*, quod non consensisset, si scivisset defectum corporis in Claudia, nam hoc non obstante consensit nunc absolute, actus autem alius, qui futurus fuisset, si defectum illum scivisset, non obstat valori contractus nunc absolute initi. Unde ad 1. rationem in oppositum respondeo. Majorem habilitatem corporis non fuisse mercem, cum in contractum non venerit, nec de illa mentio sit facta, sed merx erat corpus secundum se habile ad validum Matrimonium. Ad 2. n. totum finem vel motivum deficere, quia simpliciter potest consummare Matrimonium, & hæc erat substantia finis, quod autem non possit tam sæpe, per accidens est, quia frequentior usus non venit in contractum. Hæc in utramque partem occurrerunt. Attamen putatur hic debere distingui duos contractus: Primus est Matrimonii, de cuius valore dubitari non debet. Secundus contractus est de pretio mille imperialium, qui per accidens adjectus: & de hoc solo est quæstio, neque de ejusmodi contractibus debet judicari idem, quod de Matrimonio, ut omnes notant cum *Sanch. l. 7. d. 18. n. 18. Leg. De just. l. 2. c. 17. n. 29.* Itaque imprimis putatur Claudiam, si præsciverit inhabilitatem suam de

frequentem copulam, commiffisse dolum, ob
 quem contractus manet rescindibilis secundum
 arbitrium Caji, aut saltem reducibilis ad æqua-
 litatem, uti habent Authores omnes commu-
 nitimè. Deinde etiamfi Claudia cum pura ig-
 norantia & bonâ fide processerit, tamen adhuc
 videntur urgere rationes allatæ pro Cajo: qui-
 bus addo hanc: nam hic contractus fuit merè
 lucrativus respectu Claudiæ, quæ ad nihil se re-
 ciprocè obligavit, adeoque reipsa fuit gratuita
 promiffio vel donatio illius summæ: hoc suppo-
 fito, communis & vera sententia est cum *Molina*,
Tom. Lug. De just. d. 22. n. 89. ejusmodi promiffio-
 nem vel donationem gratuitam vitari eti-
 am ex solo errore, etiamfi non fit circa substan-
 tiam, si error talis fit, ut sine eo non fieret pro-
 missio vel donatio, quia concedens non aliter
 videtur concedere, nisi stante veritate causæ,
 quæ apud se movetur ad concedendum, uti ait
Leg. supra, idem firmans in aliis exemplis. Hinc
 eodem puto standum pro Cajo: Quia tamen
 Cajo non poterit in foro externo probare illud
 fuisse unicum suum motivum dandi illud pre-
 cium, suadendum est, ut potiùs componat cum
 Claudiâ. Ita judicavi cum alio Doctore an. 1709.

DUBIUM III.

401.

An & quibus ex causis possit fieri divortium.

Resp. I. Et si Matrimonium consummatum
 inter Christianos nullo casu solvi possit,
 quoad vinculum, vivente utroque conjuge
 (vide *Sanch. & Perez d. 20. f. 9. & d. 55. f. 4.*) divor-
 tium tamen, seu potiùs separatio quoad tho-
 rum sit sequentibus casibus:

R. I. Si

201
 mor.
 Claudi
 a Crox
 VIII

» I. Si alter conjux moriatur; de quo si est cer-
 » tum, rursus nubere potest: quòd si interim al-
 » ter mortuus non sit, fama tamen & indicia suf-
 » ficientia habeantur, excusatur nubens, neque ex
 » dubio superveniente, an prior vivat, debent se-
 » parari, cum fortè non vivat, ideoque Matrimo-
 » nium sit validum.

» II. Si ex conjugibus infidelibus altero ad fi-
 » dem converso, alter maneat infidelis (saltem
 » nisi pacificè cohabitare velit, sine contumelia
 » Creatoris,) idque ex dispensatione divina in
 » favorem fidei, ut patet ex 1. Cor. 7. v. 15. Perez d. 26.
 » f. 4. &c. communiter.

» III. Si ante Matrimonii consummationem
 » (ad quam intra primum bimestre, quod ad de-
 » liberationem datur, non tenentur, nec cogi possunt
 » sunt sine injuria) alter intret Religionem, &
 » eaque profiteatur, Perez l. c. &c. communiter.

» IV. Si Papa ex alia justa causa dispenseret ante
 » consummationem, sicuti eum posse probabile
 » prior sententia affirmat, Navar. Bell. Perez d. 26. f. 7.

» Resp. II. Manente vinculo Matrimonii
 » citè fit divortium & separatio quoad thorum
 » & cohabitationem ad tempus vel in perpetuum
 » ob gravem & justam causam, qualis est:

» I. Alterius conjugis culpabile adulterium
 » (per quod hìc etiam intelligitur omnis species
 » luxuriæ, in qua caro cum alia dividitur, quod
 » est bestialitas, sodomia, etiam intra eundem
 » sexum, Bonac. q. 4. p. 5. n. 2. contra Fill. Sanch. Per-
 » d. 56. f. 1. & 2. ex Matth. 5. & ex Cap. Gaudemus & de
 » litteris, non tamen mollities vel pollutio, obscenitas
 » vicia, tactus vel amplexus impudici, Bon. Sanch. Per-
 » rez ll. cc. licèt propter similia ad tempus possit
 » aliquando fieri separatio, ut nocens emer-

tunc enim innocens Religionem ingredi, no-
tue sacros etiam Ordines suscipere potest, no-
cens verò non nisi cum innocentis consensu.
Excipitur tamen ab hoc casu, .i. si uterque con-
iux pariceps sit ejusdem criminis vel æqualis,
Sanch. l. 10. d. 6. Bon. l. c. 2. Nisi innocens cõdonarit,
quod aliqui eum fecisse censent, si eam post ad-
alteri intellectũ rursus cognoverit, Bon. ex Con.
How. Fill. Perez f. 3. ubi vide plures casus exceptos.

II. Sevitia mariti vel uxoris: ex qua si grave
periculum comparti imminet, potest separa-
tio peti à Judice; imò si mortem minetur vel
venenum parer, potest divertere ante Judicis
consensum. V. Bon. l. c. Laym. Perez f. 5.

III. Si conjux partem trahat in pecca-
tum, v. g. sollicitet ad hæresin, veneficium, &c.
tunc enim innocens potest se separare, imò te-
netur, si periculum sit grave, Laym. l. 5. t. 10. p. 3.
cap. 7. n. 16.

IV. Morbus contagiosus, v. g. lepra. Quòd si
tamen sine gravi detrimento possit cohabita-
re, ad id tenetur, aut saltem ad habitare & mi-
nistrare, nisi alter remittat.

V. Hæresis vel apostasia superveniens Matri-
monio. Quo casu, si separatio facta sit iudicio
Ecclesiæ, non tenetur conjugem conversum re-
cipere, saltem ex justitia: nam ex charitate ali-
quando tenetur, ut si sit periculum inconti-
nencie, Bonac. Layman l. c. Perez d. 57. f. 1.

VI. Mutuus consensus. Ex quo licitè se se-
parant vel thoro, sive ad tempus, sive in perpe-
tuum, ob finem spiritualem; vel etiam habi-
tatione. Quod tamen non solet permitti, nisi
uterque ingrediatur Religionem, vel uxore ad
Religionem transeunte (aut, si vetula sit, id est

R 2

Lexa

F. I.
201
G. mor.
Laudii
a Crox
VIII

sexagenaria, Azor. Sc. vel saltem quinquage-
 naria Sanch. Bon. Barbof. Dia. p. 3. t. 4. R. 73. manen-
 te in sæculo, in voto continentia) maritus su-
 scipiat sacros Ordines. Porro apud quem, &
 cuius expensis, facto divortio liberi sint edu-
 candi, v. Lay. l. c. Sanch. Perez d. 58. & 59. Bon. q. 7.
 p. 5. n. 11.

Quæres. An uxor teneatur sequi virum ad
 cohabitationem.

Resp. Teneri, quia vir est caput familiae &
 uxoris. Excipiuntur tamen sequentes Casus:

I. Si ex sequela timeatur grave onus vel pe-
 riculum, v. g. vitæ, pudicitia vel salutis: vel
 uxor à viro peregre non alatur.

II. Si vir post Matrimonium factus sit va-
 gus, nec facile sit sequi: Secus tamen, si ante
 fuit vagus, idque ipsa scivit.

III. Si in contractu Matrimonii additum
 fuit pactum de non mutando domicilio, &
 nulla gravis necessitas urgeat.

A D D E N D A.

402. Quæst. 61. Quid præterea sit notandum circa vin-
 culum & indissolubilitatem Matrimonii. Re. S. I.
 Matrimonii inter fideles consummati vincu-
 lum esse indissolubile, de fide est contra heretico-
 cos, uti constat ex Florent. & Trid. relatis n. 1.
 valentque ista etiam contra Græcos aliquos, ex
 teste Arcudio l. 7. c. 6. adhuc sustinent Matrimo-
 nium esse solubile in casu adulterii. Et saltem
 viro licitum esse etiam quoad vinculum dimitti-
 tere uxorem adulteram, putat Arcud. c. 9. docu-
 se etiam S. Ambros. Caj. Cathar. Eandem dissolu-
 tionem Matrimonii quoad vinculum conce-
 ditur, quia

aliquando Jus civile, etiam in pluribus casibus,
 quam adulterii, uti refert *Arcud.* c. 18. sed ista
 tunc defendi non possunt post definitionem
 Conciliorum, quæ retuli n. 12. & probatur ex
 Scriptura, quia Christus *Matth.* 5. & 19. *Marci*
11. Luc. 16. præcipit indissolubilitatem, quod
 præceptum sic interpretatur Apostolus ad *Rom.*
7. Que sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi:
1. ad Corinth. 7. *Is autem, qui Matrimonio juncti*
us, præcipio, non ego, sed Dominus uxorem à viro non
abdicare, quod si discesserit, manere innuptam, aut viro
non reconciliari; & vir uxorem non dimittat: ergo cum
Dominus præcipiat mulierem discedentem ex
quacunque causa, si non reconcilietur, manere
innuptam, manifestum est, voluntate viri non
*posse solvi vinculum, uti pluribus ostendit *Arcud.**
c. 10. si enim solvi posset, nemo dicit præcep-
tum divinum esse, ut tum maneat innupta, sed
sicut vir, ita uxor posset soluto Matrimonio
alium ducere, in hoc enim sunt pares vir & uxor,
*ubi ostendit *Arcud.* c. 20. Et ita Scripturas illas*
intelligunt SS. PP. etiam Græci, quos diligentif-
*simè expendit *Arcud.* à c. 11. usque ad 27. sic*
*etiam *S. Aug.* 1. 2. de adult. conjug. c. 4. Nullius vi-*
ri posterioris mulier uxor esse incipit, nisi prioris esse de-
cesserit, esse autem desinet uxor prioris, si moriatur vir ejus,
*non à fornicetur. Rationem dant *Conc. Florent.* &*
*22. cum *Arcud.* c. 15. quia secundum Apostolum*
*ad *Ephes.* 5. v. 32. Sacramentum hoc magnum est,*
quæenam dico, in Christo & Ecclesia, idest, Sacra-
mentum Matrimonii consummatum ideo
magnum est, quia est signum conjunctionis
Christi cum Ecclesia; ergo sicuti conjunctio
Christi cum Ecclesia est perpetua & indissolubi-
lis, quia tota Ecclesia simul nunquam peccat,

E. I.

201

G. mor.

H. auditi

a Croix

S. VIII

C. I.

ita etiam conjunctio Matrimonii consummatus est perpetua & indissolubilis.

Obj. Christus *Matth.* 5. & 19. præcipit uxorem non dimitti, nisi ob fornicationem, quæ exceptione videtur dicere, quod ob fornicationem uxoris viro licitum sit hanc etiam à vinculo dimittere. R. n. aff. primis enim verbis significat dimissionem à toro, uti constat ex verbis *Florentini* n. 12. relatis: Et quando dicit, qui dimiserit, intellige in perpetuum quoad torum, non nisi ob fornicationem, mœchatur, id est, facit mœchari, quia est causa mœchationis in uxore, secundum illud *Matth.* 5. v. 32. *Qui dimiserit uxorem, exceptâ fornicationis causâ, facit eam mœchari, & qui enim ipsa sit de se fornicaria, dimittens non est causa fornicationum, idèoque non solet concedi divortium perpetuum, nisi ob fornicationem, ob alias causas verò conceditur ad tempus. Itaque sensus Christi est: qui in perpetuum dimiserit uxorem quoad torum extrâ casum fornicationis, & qui eâ sic dimissâ aliam duxerit, mœchatur, & quidem dupliciter, imprimis quia in perpetuum dimittendo quoad torum est causa mœchationis in uxore dimissa, deinde quia ipse necdum soluto Matrimonii vinculo ducens aliam, ipsemet in se mœchatur. Vide *Arcud.* c. 18. & 19.*

Inft. 1. Pharisei interrogabant Christum de dimissione quoad vinculum, ergo Christus cessari debet etiam de illa respondisse. R. De illa tantum, n. de illa & etiam altera quoad torum, plus enim respondit, quàm interrogarint, & dixit, licere quoad torum dimittere propter fornicationem, & tamen sine adulterio non licet dimittere quoad vinculum. Vide *Arcud.* c. 19.

Inst. 2. Jus canonicum dicit, uxorem adulteram non posse ducere alium: è contrà virum posse ducere, quamcunque volet. R. Sensus est, virum posse mortuâ uxore, ubi è contrà uxor adultera nequidem viro defuncto potest alium ducere saltem in locis, in quibus lex illa usu recepta est. Plures objectiones videri possunt soluta apud *Arcud.* c. 16. & 19.

§. 2. *Mag. S. Bonav. Rich.* & alii putant, nequidem olim Judæis fuisse licitum repudium uxoris quoad vinculum, sed tantum permissum, ut impune fieret ad evitandum gravius malum, uti Christus *Muth.* 19. v. 8. innuit, propter duritiam cordis eorum. Sed *S. Th. Scor. Mald. Abb. Bald. Sanch.* l. 5. d. 14. *Tiraq.* De primog. q. 66. nu. 25. *Mastr.* num. 55. aliique cum *Pagut.* tom. 8. conf. 93. probabilius dicunt, virum licitè ex causis potuisse dimittere uxorem quoad vinculum, quamvis uxor non posset dimittere virum, sed tantum dimitti, & tunc poterat uterque alteri copulari, nam Scriptura, præsertim *Deuter.* 24. positivè approbat id à viri fieri: quòd autem dicatur id permissum à Deo propter duritiam cordis eorum, nimirum ut uxores suas occiderent, non sequitur, non esse permissum licitè fieri. Neque hoc carebat ratione, nam significabat Christum repudiatam synagogam, & loco ejus insolubiliter respondendum suæ Ecclesiæ.

§. 3. *S. Th.* in suppl. q. 67. a. 1. in O. *Sor. Vasq.* 404.

Bellarmin. *Hurt. Pont. Castrop. Dicast. Avers.* q. 2. aliique apud *Perez* d. 20. f. 2. dicunt indissolubilitatem omnis Matrimonii oriri ex Jure nature, adeòque Matrimonia infidelium etiam per naturam esse indissolubilia, quia de Jure natura

turæ non est licitus concubitus vagus, cum id repugnet honestæ successioni & educationi proli, ergo de Jure naturæ non est licita solutio Matrimonii, ex hoc enim sequeretur licere concubitus vagum. E contra *Perez* alique dicunt oriri ex institutione divina, ideóque docent *Sanch.* l. 2. d. 13. *Cón. Laym.* & alii, Matrimonium infidelium spectato Jure naturæ non esse indissolubile, maxime cum Deus in antiqua lege dispensárit in eo, permittens libellum repudi, quod tamen non amplius licitum est, nequidem Judæis, quia lex vetus hoc tempore cessavit, multò minùs gentilibus, cum quibus Deus nunquam dispensavit. Ratio autem dicendi non esse indissolubile Jure naturæ est hæc, quia nihil tam naturale est, quam eo genere quodque dissolvere, quo colligatum est, Reg. 35. ff. De Reg. Jur. ergo manebit intrinsecè solubile per mutuum consensum. Quod autem solutio quandoque repugnet fini Matrimonii & bono proli, tantum probat non esse solubile per accidens & ratione adjuncti incommodi, quod sæpissime abesse potest, si nempe, conjuges sint steriles, vel proli sit provisum. Hinc *Lopez* alique plures apud *Sanch.* n. 7. dicunt indissolubilitatem omnem oriri à ratione Sacramenti inter solos baptizatos initi, ideóque Matrimonia infidelium esse omnino solubilia. *Glossa* alique *Canonistæ* apud eundem *Sanch.* dicunt oriri ex Jure ecclesiastico tantum, cui cum non subdantur nisi soli fideles, sola horum Matrimonia erunt insolubilia. Denique *Stalen.* p. 2. c. 8. *Mastr.* n. 59. *Herinx,* *Spor.* n. 250. dicunt indissolubilitatem Matrimonii fundari quidem in Jure naturæ, quod vagos concubitus excludit, attamen omnimodam

modam indissolubilitatem Matrimonii consummati haberi Jure divino ex ratione Sacramenti in nova lege, quia Deus per illud significari voluit indissolubilitatem unionis Verbi cum humanitate, unde quia per Matrimonium tantum significari voluit unionem Christi cum anima per gratiam, hinc Matrimonium tantum manet quibusdam casibus solubile, uti ratio gratiæ manet per peccatum solubilis. Hæc omnes sententiæ videntur probabiles sed ultima probabilior.

§. 4. Certum videtur, quod legitimum Matrimonium inter fideles dici debeat absolute indissolubile, quia dissolvi non potest mutuo consensu contrahentium, juri enim illi resignante consentiendo in Matrimonium, quod ex natura sua exigebat perpetuam vitæ societatem. Deinde nec dissolvi potest autoritate Principis gentilis, cui Deus nullibi eam potestatem dedit. Nec autoritate Ecclesiæ, cui infideles subditi non sunt; imò si Judæi nunc inirent Matrimonium cum intentione dissolvendi ex causis, ob quas Deus olim concesserat dissolvi, tale Matrimonium foret irritum, quia nunc cessavit eorum lex, & eorum Matrimonia debent esse indissolubilia, sicuti Jure naturæ, vel divino talia sunt apud omnes alios infideles, *Sanch. l. 1. o. d. 1. Tit. l. 7. c. 50. Avers. q. 3. f. 4. Pignat. n. 23.* Ideoque addunt *Sot. Nav. Suar. Sanch l. 7. d. 7. n. 6.* Alique cum *Avers. q. 9. f. 1.* contra *Henriq.* nequidem respectu Judæorum vigere amplius legem veterem quoad impedimenta Juris positivi dicunt.

§. 5. Si unus infidelium conjugum ad veram fidem convertatur, Matrimonium non dissolvitur

tur præcisè per Baptismum conversi, nec per Pa-
 pam dissolvi potest, uti probabilius tenent Au-
 thores cum *Krim.* n. 750. contra *Nap. & Sanchez.*
 Attamen ex Cap. *Quanto*, & Cap. *Gaudemus*, De
 divortiiis, scimus tribus casibus posse, quamvis
 sit consummatum, dissolvi etiam quoad vincu-
 lum; ita volente aut dispensante Deo, 1. si rema-
 nens infidelis ideo nolit cohabitare converso,
 quia conversus est, nam *Apostolus* 1. ad Corinth.
 7. v. 15. dicit. *Si infidelis discedit, discedat*: unde si
 ex alia causa discederet, v. g. quia conversus an-
 te vel post conversionem commisisset adulte-
 rium, non ideo solvi posset vinculum. 2. Si infi-
 delis velit quidem cohabitare, sed non sine inju-
 ria Creatoris, quia nempe blasphematur Christum,
 spernit fidem, verum Dei cultum impedit, per-
 git usurpare superstitiones infidelitatis, &c. 3. Si
 ex ejus contubernio immineat periculum per-
 versionis, quia vel tentat conversum iterum
 pervertere, vel saltem ad peccatum mortale in-
 duceret, in his casibus potest conversus aliud Ma-
 trimonium inire, etiam non expectatâ sententiâ
 Judicis, *Perez* d. 36. f. 6. n. 5. Et hoc inito dis-
 solvitur prius Matrimonium, ideoque potest
 tum etiam infidelis inire aliud Matrimonium,
 uti habet communis cum *Avers.* q. 2. f. 5. §. *Dum*,
 contra *S. Th. & alios*. E contra, quamdiu con-
 versus non inivit aliud Matrimonium, infide-
 lis invalidè inivit aliud, quia tantùm conceditur,
 ut per aliud Matrimonium conversi solvatur
 prius Matrimonium. Notat etiam *Pign.* t. 8. conf.
 100. quamvis viro converso mulier velit in in-
 fidelitate permanere, ei restituendam esse do-
 tem, cujus saltem fructus debent esse ad ejus re-
 stitucionem.

per Pa-
ent Au-
& Sanch.
nus, De
uamvis
vincu-
si rema-
verso,
Corinth.
unde li-
rfus an-
adulle-
Si infi-
ne inju-
ristum,
lit, pec-
&c. 3. Si
um per-
iterum
rtale in-
liud Ma-
ententia
nito dif-
e potest
oniam,
§. Dum
liu con-
infide-
cedit
solvatur
8. conf.
it in in-
esse do-
eius fe-
§. 6.

§. 6. Additur Cap. *Quanto*, supra: si post vi-
rum infidelem conversum convertatur etiam
uxor, quod vir, si necdum aliam duxerit, tenea-
tur hanc recipere, & dicit *Gl. litt. F.* videri tunc
esse novum Matrimonium. Itaque si ambo con-
juges infideles convertantur, & baptizentur,
neutri licitum est ab altero discedere, sed Matri-
monium eorum per Baptisum fit ratum, &
post consummationem post Baptisum factam
etiam fit indissolubile, non aliter, ac Matri-
monium fidelium, voluntque *S. Th. Palud. Covarr.
Bellarm. Laym. Valent. Tamm. Sanch. l. 2. d. 9. Gob. tr.
10. n. 390. Avers. q. 1. f. 6.* & alii plurimi, quod
etiam transeat in Sacramentum, quia tum inci-
pit significare indissolubilem unionem Christi
cum Ecclesia, ergo hoc habet ratione Sacramen-
ti, propter quod est absoluta insolubilitas. Sed
contradicunt *Vasq. Præpos. Dicast. Herinx d. 2. q. 2.
n. 10. Mast. n. 17. Pont. l. 1. c. 9. n. 3.* quia omnia
Sacramenta, præter Eucharistiam, consistunt
in actione transeunte, hinc ratio Sacramenti in
Matrimonio consistit in primo fieri intrinseco
contractus, quod tum amplius non est, nisi me-
re habitualiter. Et quamvis *Ledesm. Durand. Ca-
pitol. Henriq. Bellarm. Rebell. Platel. n. 1085.* dicant
tamen saltem fieri Sacramentum, si post Baptis-
mum coram Parocho & testibus renovent con-
tractum, quia tum ponitur contractus matrimo-
nialis inter fideles, tamen adhuc contradicunt
Mastr. Castrop. Pont. n. 9. Krim. n. 354. cum enim
corpora sint antea tradita, nec possint iterum
tradere, quod suum non est, non ponitur nova
materia vel forma contractus, sed tantum ver-
botenus renovatur antiqua voluntas, ergo vi-
detur non poni jam posse Sacramentum, quam-
vis

E. I.
2. 0. 1
G. mor.
Laudii
a Croix
VIII

vis Ecclesia primum contractum ita ratificatum habeat veluti absolutè indissolubilem, rationem autem indissolubilitatis non esse præcisè ex ratione Sacramenti, patet, quia Matrimonium solummodo ratum est Sacramentum, & tamen est absolutè solubile.

408. §. 7. Ut constet de infidelis obstinatione, moneri debet & interrogari, an velit converti: Pont. tamen l. 9. c. 4. *Avers.* q. 2. f. 5. *Pignat.* n. 24. dicunt *Pium V.* & *Gregorium XIII.* declarasse, si conversus in his partibus habeat conjugem infidelem in loco remotissimo, unde non possit resciri ejus voluntas, conversum validè contrahere cum alio, quia infidelis præsumitur non velle converti, aut non cohabitare sine contumelia Creatoris vel scandalo: ut tamen licitè fiat, *Gregorius* insinuat requiri dispensationem pontificiam. Videri potest *Pignat.* etiam tom. 4. consult. 189. à n. 7.

409. §. 8. Si infidelis nolens converti vellet pacificè sine contumelia Creatoris & periculo peccati remanere cum converso, *S. Th. S. Bonav. Dur. Nav. Tol. Rebel. Pont.* aliique multi dicunt, conversum non posse recedere aut dissolvere vinculum, quia *Apostolus* 1. ad Corinth. 7. v. 12. dicit: *si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & si qua mulier &c.* & idem videtur colligi ex *Cap. Gaudemus*, cum nulla adsit ex causis, ob quas dicitur solvi posse vinculum. Contradicunt probabiliter *Sanch. Cón. Dian.* & alii cum *Avers.* q. 2. f. 5. nam *Apostolus* præmittit, *ceteris ego dico, non Dominus &c.* itaque pro eo tempore Apostolicum consilium erat, ut permanerent, propter spem conversionis, nunc autem videtur consuetudine,

que vim legis habet, esse inductum, ut ob periculum perversionis, quod communiter remanet, non liceat simul manere, sed possit conversus recedens aliud Matrimonium inire.

§. 9. Si infidelis conversus in sciâ uxore proficitur in Religione, putant *Led. Henriq. Sanch.* 410. l. 7. d. 76. n. 9. professionem fore validam, quia sicut Matrimonium fidelium ratum solvitur per professionem, ita videtur solvi Matrimonium quamvis consummatum infidelium, cum sit magis solubile, quàm ratum fidelium. Contrahunt *Abul. Cón. Hurt. Perez, Pont. l. 7. c. 48. n. 19. Pignat. tom. 8. conf. 77.* nam de privilegio Caroli respectu Matrimonii consummati infidelium nihil scitur ex Scriptura vel traditione.

§. 10. Matrimonia hæreticorum vel sunt nulla, vel sunt omnino indissolubilia, non aliter 411. ac Catholicorum, quia omne Matrimonium baptizatorum, per se loquendo, est Sacramentum & indissolubile: Hæretici enim illi contrahentes, aut saltem unus illorum, vel expresse intendit non contrahere, nisi civiliter tantum & dissolubiliter, quod vix censei debet, tùmque tales contractus non sunt Matrimonium, quia deest consensus requisitus ad substantiam Matrimonii: vel generaliter & per intentionem prævalentem intendunt contrahere, sicut fideles contrahunt in vera Ecclesia, & sicut Christus inquit, quod ordinariè præsumi debet, quamvis per errorem privatum, nolint contrahere, sicut contrahitur in Romana Ecclesia, ideòque volunt rationem Sacramenti vel indissolubilitatis, tùmque talia Matrimonia sunt valida & vera Sacramenta, ac omnino indissolubilia, uti dictum est l. 6. p. 1. à n. 69. attamen potest inten-

tio

Handwritten text on the book's spine, including 'L. II.', '201', 'mor.', 'audii', 'Crox', 'VIII', and 'C. II.'.

tio prævalens contrahentium ita restringi, ut nolint contrahere, nisi dissolubiliter, & tum Matrimonium est nullum, uti dixi hîc à n. 252.

412. §. 11. Matrimonium inter fideles ratum dissolvi non potest mutuo consensu, uti certum est. Nec per impotentiam supervenientem, uti dicitur n. 801. Nec per susceptionem Ordinis sacri, uti expressè declarat *Joannes XXII. Extrav. Antiquæ, De voto. Attamen ex privilegio Christi dissolvi potest per professionem religiosam, secundùm declarationem Trident. sess. 24. De Matr. Can. 6. uti etiam ex declarationibus plurimum Pontificum ostendit Sanch. l. 2. d. 18. n. 3. ita ut per professionem, etiam post 20. annos prima post Matrimonium ratum, ab uno factam cesset omnino vinculum Matrimonii in utroque, possitque alter in sæculo remanens contrahere cum alio. Putantque Sor. & alii positâ professione Matrimonia illa dissolvi à Deo ipso: Vide *Bellarm. tom. 2. De Monachis l. 2. c. 38. & Aversam q. 2. f. 6. Valentque dicta etiam rescripta professionis in ordine Melitensi, Sperel. decal. 21. n. 45.**

413. §. 12. Quamvis *Gregorius XIII. in Bulla, Afficiente Domino*, innuat, vota simplicia in Societate **JESU** habere eandem vim, quam habet religiosa professio in aliis Regularibus, tamen non intelligit quoad omnia, cum non dent talem indissolubilitatem, sed tantùm in ordine ad constituendum Religiosum, & vim dirimendi Matrimonium, uti n. 579. dicitur, hinc quia vota illa non dissolvunt Matrimonium ratum, quidquid contradicat *De Justis l. 2. c. 14. n. 106.* si quis in Matrimonio rato constitutus admitteretur, ne uxori fieret injuria, deberet ipsi per-

mitti, ut post primum annum Novitiatûs edere-
ret professionem, & sic dissolveretur Matrimo-
nium.

§. 13. Quamvis indissolubilitas Matrimo- 414
nii etiam tantum rati sit de Jure divino, tamen
docent 60. gravissimi Authores cum *Sanch.* d. 14.
n. 2. *Avers.* q. 2. f. 6. *De Luca.* De Matrim. d. 9. &
ad *Trid.* d. 27. n. 16. *Arcud.* l. 7. c. 16. *Gob.* tr. 10.
n. 691. *Carden.* in 1. crisi, d. 19. n. 157. *Spor.* n.
152. *Mystr.* n. 62. contra *Scor.* S. *Bonav.* *Covarr.*
Tomacorn. *Guct.* *Castrop.* *Pont.* quod Matrimo-
nium ratum, si adfit justa causa, possit ex con-
cessione divina quoad vinculum dissolvi per
dispensationem Pontificiam, leguntur enim sa-
pientissimi Pontifices decem sic dispensasse, teste
Figat. t. 1. conf. 148. ubi etiam refert sic decla-
râsse sacras *Congreg.*, cum enim possint dispen-
sare in professione religiosa, per quam dirimi-
tur Matrimonium ratum, cur non possint in
Matrimonio ipso? imò *Baunius* putat, nisi Ponti-
fex id prohibuisset, posse etiam Episcopum di-
spensare in tali Matrimonio, quia secundum
ipsum & alios multos, quod Pontifex potest in
Ecclesia tota, potest, per se loquendo, Episcopus
in sua diocesi, exceptis definitionibus circa fi-
dem & mores, quam sententiam *Mendo* diff. 12.
q. 1. dicit esse probabilem, sed id communiter
non admittunt alii. Quod autem Pontificem
amnet, videri potest quæstio illa in utramque
partem fusè disputata apud *Krim.* à n. 1611. 2
qui n. 1649. concludit, spectatâ praxi Pontifi-
cam id posse: & *De Luca* d. 7. putat causam suffi-
cientem esse, si alio Matrimonio inito & con-
summato inter personas illustres sequeretur in-
fama & scandalum, si staretur altero Matrimo-
nio

niorato. Alias causas affert disc. 9. Imò docet De Justis apud Krim. n. 2184. sufficere pro dissolvendo Matrimonio rato, quòd in tenera ætate contraxerint, cùm facillè potuerint decipi, & nunc incipiant sibi displicere; sed merità contradicunt alii. Qui autem dicunt licitè contrahi aliud Matrimonium ex vi talis dispensationis in primo, debent, propter dicta à n. 38. consequenter dicere, per istas dispensationes & declarationes factam esse sufficientem certitudinem practicam talis sententiæ.

Obji. Christus *Matth.* 19. prohibet Matrimonium dissolvi, nam dicit, quod Deus conjunxit, homo non separet: & quòd loquatur de Matrimonio etiam rato tantùm, probatur, nam loquitur de Matrimonio, quale fuit inter Adam & Evam, *Genes.* 2. sed hoc fuit tantùm ratum, nam prius post peccatum c. 4. cognovit Evam, ergo. *R.* Prohibet dissolvi auctoritate humanâ, c. divinâ, n. hanc enim Deus concessit Ecclesiæ, ut constat à posteriori, cùm Ecclesia sæpe fecerit. An autem Matrimonium ratum dissolvi possit per Judicem, propter adulterium cum alieno, dicitur n. 429.

Inst. Matrimonium consummatum dissolvi non potest, secundum dicta n. 402. ergo nec ratum, nam non differunt essentialiter. *R.* differunt essentialiter in ratione significationis, nam secundum dicta n. 402. consummatum significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, item conjunctionem Verbi cum humanitate, quæ conjunctiones perpetuæ sunt & indissolubiles: è contra ratum significat conjunctionem Christi cum anima justæ, quæ solubilis est per peccatum mortale. vide *Arcud.* supra.

§. 14. Positâ dispensatione Pontificis circa 415.
Matrimonium ratum, dicendum est, quòd vi-

illius dispensationis possint conjuges recedere ab illo Matrimonio rato, & validè atque licitè transire ad alias nuptias, quia contrahentes tantum se obligant, quantum possunt, ad non resiliendum à contractu, qui est ex natura sua & ex parte contrahentium indissolubilis, non cedunt autem jure suo ad dissolutionem, quæ est ab extrinseco, v. g. per professionem religiosam, aut per dispensationem Pontificiam, voluntas enim habendi talem indissolubilitatem in Matrimonio rato esset vel contra voluntatem Christi volentis, ut dissolvi possit per professionem religiosam, vel contra praxin Ecclesiæ etiam dispensantis in ejus vinculo dissolvendo, ergo positâ dispensatione Pontificiâ licitè ineunt aliud Matrimonium, *Carden. n. 171.* Itaque in eo casu, quo quis Matrimonio rato per dispensationem Pontificiam dissoluto iniret & consummaret secundum Matrimonium, primum Matrimonium maneret tantum speculativè probabiliter validum, quia non est probabile, quòd ambo Matrimonia simul maneant valida quoad praxin, ob impassibilitatem duplicis Matrimonii validi, ergo secundum Matrimonium quoad praxin evadit certò validum & indissolubile, *Carden. n. 177.*

§. 15. Quamvis Matrimonium consummatum in veteri lege fuerit aliquando dissolutum per dispensationem divinam, uti docent *S. Th. 2. 2. q. 10. M. S. Anton.* alique plurimi cum *Avers. q. 2. c. 1. contra Magistrum, S. Bonav. & alios*, tamen tunc in nova lege semel consummatum inter fideles nec per professionem religiosam, nec per
Tm. VIII. § dispens

dispensationem Pontificiam dissolvi potest, quia mens contrahentium, secundum Christi institutionem erat, ut si fuerit consummata, absolute nullo modo dissolvatur, qualem intentionem non habent, quamdiu manet ratum tantum & non consummatum, *Carden.* à n. 165. In rarissimo tamen casu, quo inter vivos, sexus unius è conjugibus mutaretur, desineret Matrimonium etiam consummatum, quia constat non esse nisi inter marem & feminam.

417. §. 16. Cum Matrimonio necessario conveniat indissolubilitas vinculi, putat *Carden.* in 1. crisi d. 19. nullum Matrimonium posse esse mere probabile quoad praxin, sed omnia esse vel certe valida, vel certe invalida, quia indissolubilitas Matrimonii etiam solummodo rati de se postulat, ut conjuges contracturi suam libertatem obligent ad illud perpetuo retinendum, quantum possunt, & reipsa sic se obligant etiam, quando contrahunt juxta opinionem tantum probabilem de valore Matrimonii aut dispensationis, etiam in casu, quo ignorarunt probabilitatem nullitatis, de qua postea incidit dubium, adeoque se obligant ad cedendum omni jure, quod qualiscunque probabilitas daret in ordinem ad deferendum tale Matrimonium, ergo sic contractum secundum opinionem probabilem, aut de quo postmodum speculative probabiler putatur, quod sit invalidum, revera debet in praxi censei certo validum. Hinc quamvis multi cum *Sperello* decis. 95. n. 25. putent standum esse opinione communi, etiam quando agitur de favore Matrimonii sustinendi, tamen plures cum *Sanch.* l. 1. d. 18. probabilius dicunt præferendam opinionem etiam minus communem *stantem* pro valore.

412

§. 17. Morte dissolvitur Matrimonium etiam consummatum, unde si unus conjugum ante mortuus resurgeret, non amplius essent conjuges, & si esse vellent, de novo foret contrahendum, S. Th. ex 1. ad Corinth. 7. v. 39. Si dormierit vir ejus, liberata est à lege viri. Idem docent Theologi communissimè cum Gob. tr. 10. num. 160 & ratio à priori est, quia mens contrahentium fuit obligare se, usquedum alteruter moreretur, nec extendebatur ad casum miraculosum, qui probabiliter prævideri non poterat.

Quid dicendum sit, si contrahentes intendunt Matrimonium indissolubile, & expressè solent Sacramentum, dixi l. 6. p. 1. à n. 72. An autem ratio Sacramenti sit reipsa separabilis à ratione contractus matrimonialis inter fideles, dicitur hic à n. 275.

§. 62. Quid notandum sit circa tempus bimestris, qui conceditur conjugatis. R. §. 1. Cap. Ex publico, De concub. conjug. conceduntur duo menses conjugibus ante consummatum Matrimonium pro deliberatione, an velint Religionem ingredi. Hoc tamen non obstante uterque primo illo bimestri licitè petit debitum, quod alter etiam licitè negat, si velit uti jure sibi concessio. Inteligitur autem bimestre ante ingressum in Novitiatum. Quòd si ultra bimestre maneant sine consummatione Matrimonii, manent liberi ad ingressum, etiamsi illicitè negassent sibi debitum, Sanch. Laym. Gob. tr. 10. n. 689. Si autem alteruter ingrediatur, alter expectare debet professionem alterius, antequam contrahat cum alio, & secutà professione Matrimonium ratum planè dissolvitur, uti dictum est in l. 1. §. 17. de Matrim. 412.

S 2

§. 2.

Handwritten text on the book's spine, including 'mor.', 'audi', 'Crox', and 'VIII'.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

420. §. 2. *Navarr. Angel. Cón. Hurtad. Laym. Casp. Perez, Spor. n. 252.* probabiliter dicunt privilegium illud concedi tantum conjugii, qui cogitat vel deliberat de statu religioso, ideoque si nollet ingredi, putant teneri reddere debitum, quia Canones tantum permittunt cogitanti ingredi, & in favorem Religionis: sed valde probabiliter contradicunt *S. Th. S. Bonav. Sanch. l. 2. d. 24. q. 5. Pont. Dian. Tambur. Avers. q. 21. f. 6. Burgh. cent. 1. cas. 17.* quia quamvis de facto nil cogitet de Religione, posset interea mens illa incidere, & nunc utitur tempore sibi concesso; electio autem status religiosi conceditur Cap. Ex publico, non tantum pro illo bimestri, sed etiam post illud, quamdiu Matrimonium non est consummatum, *Cón. Krim. n. 463.*

421. §. 3. Si vir ante evolutum bimestre vi obtineat copulam, graviter peccat, non contra castitatem, sed justitiam. Putant autem *S. Anton. Sa. & alii* uxorem tum non posse ingredi Religionem, nam lus ideo permittit post Matrimonium ratum, quia hoc dissolvetur per professionem, sicque poterit vir ducere aliam, hoc autem jam fieri non poterit, quia secundum dictum *n. 282. & n. 402.* Matrimonium consummatum est, & factum omnino indissolubile. *Abb. Silv. Palud. Arm. Laym. Spor. n. 252.* & alii probabiliter dicunt posse profiteri in Religione inter viduas vel conjugatas, non vi privilegii, quod concessum est Matrimonio rato, sed quia vir talis tenetur reparare damnum causatum, ergo tenetur consentire, ut mulier profiteatur, quod damnum aliter reparari non potest. Quod admittunt etiam *Ledesin. Sanch. Avers. q. 23. f. 10.* contra *Silv. & Arm.* quamvis sola metu gravi

set coacta, quia ipsa ob alterius scelus non debet
 privari jure suo, neque ille ex suo scelere repor-
 tare jus retinendi hanc uxorem: quod autem
 usque ad mortem professæ manere debeat tan-
 quam coelebs, imputet suo sceleri, quo injustè
 consummavit hoc suum Matrimonium. Si ta-
 men mulier facta esset gravida, putat *Krim. num.*
 465. per accidens impediri ab ingressu Religio-
 nis, quia recta educatio prolis vix fieri poterit
 sine matre.

§. 4. Si conjux tantùm ideo eligat Religio- 427
 nem, quia alter ei displicet, secundùm *Tamb. &*
Spor. non peccat, quia utitur jure suo: nec refert,
 quod alter fortè patiatur gravia incommoda,
 sed quod v. g. difficulter inveniet novum ma-
 ritum, id enim non tollit jus alterius, & uter-
 que contraxerat cum implicita illa conditione,
 habebatque uterque parem potestatem resilien-
 di, unde nulla fit injuria alteri, sed nec charitas
 obligat ad cavenda damna alterius cum gravi
 suo incommodo.

§. 5. *Scot. Caj. Angel. Pont. l. 6. c. 12. n. 5. ali-* 428
 que dicunt, eum non peccare, qui voto castitatis
 vel Religionis obstrictus init Matrimonium, in-
 tendens intra bimestre Religionem ingredi,
 quia utitur jure suo. E contra peccare mortali-
 ter dicunt *S. Anton. Silv. Sor. Henric. Côn. Sanch. l.*
1. d. 43. n. 7. Castrop. d. 4. p. 2. aliique cum Aver-
sq. 10. f. 4. Mastico n. 91. tum quia decipit al-
 terum in re gravi, valde molesta, & communi-
 ter multum damnosa, tum ob alias rationes, ob
 quas dixi n. 194. illum peccare mortaliter, qui
 contrahens sponsalia vult, aut post sponsalia vo-
 vet ingredi Religionem, & init Matrimonium
 cum animo ingrediendi. An autem ille, qui ante

vel post Matrimonium ratum vovit castitatem, possit primo bimestri reddere debitum, dixi n. 361.

424. §. 6. Illicitum est viro ante consummationem Matrimonii rati invitâ conjuge suscipere sacros Ordines. *Nec obstat*, quod secundum jam dicta conjux ante consummationem possit invito altero transire ad Religionem, *nam* dispar est ratio, tum quia professio dirimit Matrimonium ratum, non item Ordo sacer, uti declaravit *Johannes XXII.* in Extrav. *Antiquæ*, tum etiam, quia utrique conjugi est æqualis potestas ad Religionem, non autem ad Ordinem, *Castrop.* d. 3. p. 6. §. 11. n. 7. notans cum *Sanch. & Gut.* non sufficere dissimulationem, sed requiri expressam licentiam, ut vir ante vel post consummatum Matrimonium possit suscipere Ordines.

425. §. 7. Copula, quæ præcessit Matrimonium, non consummat illud, uti dictum est n. 278. hinc uterque adhuc primo bimestri potest Religionem ingredi, *Gob.* n. 690. Quando nam autem Matrimonium consummetur, dixi à n. 278. Quid autem censendum sit in dubio, an Matrimonium sit consummatum, item si vir affirmet, & mulier neget, vel contra, dixi n. 283.

426. Q. 63. Quid præterea sit addendum circa divortium. §. 1. Divortium, undè dicatur, dixi n. 7. Possit autem fieri divortium, definit *Trid.* cujus verba retuli n. 12. Christus ipse *Matth.* 5. & 19. statuit uxorem sic dimitti posse propter fornicationem, per quam intelligitur adulterium: & idem statuitur Jure canonico *Cap. significasti. Cap. Gaudemus. Cap. Ex litteris.* De divortii ac alibi sæpe. Imò id ob causam adulterii de Jure naturæ esse & semper fuisse docent gravissimi *AA.* cum *Avers.* q. 23. l. 1. §. 2.

§. 2. Divortium Matrimonii etiam tantum 427.

non fieri non potest quoad vinculum sine iudicio Ecclesie, etiam si impedimentum dirimens esset publicum & notorium. Nec obstat, quod Cap. *Evidentia* De accusat. & Cap. *De manifesta* 12. q. 1. dicatur notorium probatione non indiget, non hoc, non obstante in hac materia expresse loquitur. Cap. *Porro*, De divort. quod si etiam parentela esset publicâ & notoria, absque iudicio Ecclesie ab ea separari non poterit. Ratio est, quia cum auctoritate publicâ Ecclesie contractum sit, decet, ut auctoritate ejus publicâ dissolvatur, secundum Cap. *Omnes*, 27. q. 2. maxime cum aliquando plura dicantur notoria, quæ vere non sunt, Cap. *Consulisti*, 14. De appellat.

§. 3. Ad faciendum divortium Matrimonii 428.

tantum rati quoad vinculum, requiritur, ut iudex habeat duos testes omni exceptione maiores, qui de impedimento deponant: nec sufficit testimonium utriusque conjugis dicentis ante Matrimonium contractam fuisse, v. g. adulterium per fornicationem cum consanguinea, nam possent hi conjuges colludere contra Matrimonium, hinc aliæ debent accedere rationes rationabiles & fide dignæ. Si tamen uterque, vel etiam unus, qui desideraret Matrimonium esse validum, fateatur impedimentum, declarari potest nullitas Matrimonii, cum qui vitiosum summat in præjudicium suum loqui veritatem: non sufficit tamen fama de impedimento. Et licet testimonium matris dicentis sponsum esse consanguineum sponsæ sufficiat ad impedimentum, ne Matrimonium contrahatur, tamen non sufficit, ut contractum declaratur esse irritum, *Schild. tr. 6. c. 7. §. 7.* probans hæc

hac omnia ex Jure & ratione, addens pro divortio quoad forum sufficere confessionem, quam de adulterio à se commissio facit ille conjux, qui divortium nollit.

429. §. 4. *Caj.* aliique apud *Avers.* q. 2. l. 4. putarunt Matrimonium non tantum ratum, sed & consummatum posse quoad vinculum dissolvi propter adulterium, sed ex dictis n. 12. & 401. oppositum est certum ex Conciliis & Patribus, etiam apud *Mendo* diff. 12. n. 11. & *Avers.* supra, ac clarè definit *Trid.* relatum n. 12. adulterium enim est tantum causa justè negandi debitum, & petendi divortium.

430. §. 5. Si conjux unus agat contra alterum ad dissolutionem Matrimonii, aliqui voluerunt Judicem competentem esse solum Episcopum loci, in quo contractum est Matrimonium, quia per contractum in aliquo loco celebratum fortitur quis forum. 2. Quia ligati sunt auctoritate hujus Episcopi, ergo eadem solvi debent. *Contra Krim.* n. 1660. probabilius dicit Judicem hic competentem esse etiam Episcopum domicilii, hujus enim jurisdictioni etiam subjacet, & nihil novi est, quod quis habeat in pluribus locis forum. *Hinc R.* ad. 1. non ideo excludi Episcopum etiam domicilii, si apud hunc conveniatur. *Ad 2.* Non Episcopus, sed conjuges ipsi propriè se ligarunt, nec tamen se solvere possunt, uti constat ex dictis. Quod si post divortium coram Judice laico agatur de restitutione dotis, *L. Exigere dotem* 65. ff. *De judiciis* statuitur, ut non spectetur locus contractus, nec domicilium uxoris, sed mariti.

431. §. 6. *Caj.* quamvis tom. 1. opusc. tr. 19. sic correxerit, tamen in c. 19. super *Matth.* docuerat

non facere uxori divortium à viro, ob hujus ad-
 ulterium, 1. quia repudium in lege veteri, cui
 in nova successit divortium, conveniebat solis
 viris. 2. Quia Christus *Matth. 5. & 19.* loquitur
 de solis viris. 3. Quia uti aliqui volunt, consue-
 tudo habet, ut hoc non concedatur uxoribus.
 Hanc sententiam *Sanch. l. 10. d. 3. & Sperell. decis.*
140. n. 3. vocant falsam & temerariam, tenent-
 que oppositum *Conc. PP. S. Th. & Theologi pas-*
sim cum Beja p. 2. cas. 26. Pignat. tom. 9. conf.
139. à n. 122. Avers. f. 1. hinc Can. Christiana, 32.
q. 5. dicitur, Christiana religio adulterium in utroque
sexu pari ratione condemnat vir utique submove-
atur, si ejus flagitium delectatur . . . neque enim adul-
terium acceperit dimittenda est, & vir mæchus retinendus.
 Ratio autem est, quia licet non ita censeatur
 sedum in viro, tamen leges pœnales non ita ac-
 curatè ponderant quantitatem culparum, satis
 enim est in utraque esse sufficientem causam
 pœnæ. Unde *R. ad. 1.* Divortium non in omni-
 bus successit repudio. *Ad 2.* Christus expressit de
 viro solis, fortè quia fœminæ frequentius in hoc
 delinquant. *Ad 3.* Non esse consuetudinem con-
 trariam, constat ex praxi.

§. 7. Ut per Judicem decernatur separatio, 432.
 debet adulterium probari saltem per propin-
 quas & violentas præsumptiones, uti cum com-
 muni *Sanch. l. 10. d. 12. De Luca De Matrim. d.*
13. & fuse Sperell. decis. 140. à n. 8. Videri pos-
 sunt etiam, quæ dixi *l. 4. à n. 1434.* De præ-
 sumpt. & probat. Et verbo hic insinuandum est,
 quod adulterium prohibeatur in judicium de-
 duci, nisi ad instantiam mariti, Patris vel fra-
 trum, quorum querela non debet esse extorta,
 sed libera, aliàs inquisitio est irrita, uti ex Jure

1. I.
 2. 0. I.
 mor.
 I. audii
 I. Croix
 VIII

& authoribus probat *Pignat.* tom. 9. conf. 153.
 Præterea notandum est, accusationem adulterii
 posse esse vel criminalem, si fiat ad poenam seu
 vindictam publicam, vel civilem, si fiat ad di-
 vortium aut privationem dotis, vel purè de-
 nunciativam, quæ potest esse, aut charitativa, si
 fiat tantùm ad impediendum peccatum, aut ca-
 nonica, si ad impediendum v. g. Matrimonium
 cum affine, aut promotionem ad Beneficium.
 Et pro majore præjudicio, quod provenire pos-
 test ex diversis istis accusationibus, requiritur
 etiã major certiorque probatio, sic enim ad
 denunciativam sufficit semiplena probatio per
 testem unum vel per famam nixam probabili-
 bus indiciis: ad civilem requiritur plena: ad cri-
 minalem plenissima, *Krim.* à n. 2441. Quamvis
 autem accusatio adulterii ad poenam aliam præ-
 scribatur lapsu quinquennii, tamen nunquam
 præscribitur in ordine ad petendum divortium,
Sanch. Forin. Pignat. tom. 9. conf. 139. n. 125.

433. §. 8. Si uxor malè & injustè tractata, sit qua-
 si ejecta à viro, etiã negante alimenta & conju-
 gale debitum, ideòque abiens in eo exilio fiat
 adultera, virum adhuc posse facere divortium,
 dicunt *Sanch. Dicast.* d. 8. n. 37. *Borgh.* cent. 3. cal.
 37. nam ita videtur decidi *Cap. Significasti.* & *Cap.*
Ex litteris. De divort: quia vir per hoc, quod
 causam adeo remotam adulterii dederit, non
 censetur in illud consensisse vel intendisse. Op-
 positum tenent *S. Th. Angel. Ledesm. Covarr. Vega,*
Tiraq. & alii: sic enim de denegante debitum di-
 citur *Can. Si tu,* 37. q. 2. *si tu abstines sine uxoris vo-*
luntate, tribuis ei fornicandi licentiam, & peccatum ab-
lius tue imputabitur abstinentiæ, idem autem est in
casu sævitæ, ejectionis vel negatorum alimen-
torum

conf. 153.
adulteri
renam seu
fiat ad di
purè de
ritativa, si
n, aut ca
monium
reficium.
venire po
requiritur
enim ad
batio per
robabili
na: ad cri
Quamvis
liam pra
nunquam
ivortium,
125.
a, fit qua
& conju
exilio fiat
ivortium,
ent. 3. cal
sti. & Cap
oc, quod
rit, non
isse. Op
parr. Vegas
bitum de
e uxoris
eccatione
tem est in
n alimen
torum

orum. *Avers.* f. 3. & *Krim.* à n. 1534. rectè conci
liant has sententias, & tenent cum prima, si vir
non intenderit, nec prudenter prævidere potue
rit adulterium uxoris: è contrà, si intenderit,
vel prudenter prævidere potuerit, tenent cum
secunda, sic enim valent textus & rationes pro
utroque sententia adductæ. Et ideo *Tabern.* &
Lion. à n. 2428. rectè concludunt, si alteruter
conjug per longum tempus, v. g. per 5. aut 6.
menses contra justitiam negarit debitum alteri
conjugi, quem satis sciebat ideo fore in periculo
proximo incontinentiæ, censeri causam secuti
adulteri, ideoque non posse propterea petere
divortium,

§. 9. Etiam tum non licet expellere adulte- 434.
tatem, quando ab altero conjugate data est ad
divortii facultas expressè vel tacitè, *Avers.* q. 23.
l. 1. Hinc si vir, cum possit absque gravi incom
modo, non prohibeat adulterium uxoris, cen
sentur consentire, L. 2. Cod. Ad L. Juliam. De ad
ulteri. Oppositum tamen de uxore dicunt *Sanch.*
Lion. *Cassens.* *Krim.* n. 1541., quia uxores non
habent auctoritatem illam, nec communiter
sunt corripere viros, ergo, quamvis taceant,
non ideo censentur consentire. Contradicut
tatem probabiliter *Avers.* & *Mastr.* n. 131. quia vir
etiam quoad debitum conjugale sunt pares, &
utrum audeat virum ejicere, magis deberet cor
ripere.

§. 10. *S. Bonav.* *Durand.* *Palud.* *Sanch.* *Castrop.* 435.
decc. c. 9. q. 13. *Krim.* n. 1528. & *Juristæ* mul
tatiocunt, ad pœnam divortii sufficere, si adul
terium sit commissum, etiam ex metu gravi,
quia quamvis metus gravis aliquando excuset à
pena Jure humano statutis, non tamen ab hac,
quæ

II
201
mor.
audi
Crox
VIII

quæ uti n. 426. insinuatum est, quasi de Jure naturæ consequitur hoc delictum. Oppositum tenent *Abb. Silv. Rosell. Tabien. Graff. Avers.* q. 23. l. 3. qui extendunt etiam ad casum, quo mulier præ verecundia & metu infamiæ non clamaverit, quia *Can. Proposio*, 32. q. 1. dicitur de Lucretia gravi metu compulsæ ad adulterium, mirabile dictu, duo fuerunt, & adulterium unus commisit unde videtur colligi, quod copula ex tali metu facta non censeatur pro foro externo adulterium. Hæc sententia est probabilis, sed prima videtur probabilior. Quod si uxor violentè esset cognita, esset adulterium tantum materiale, nec ideo ejici posset.

436. §. 11. Docet *Gonett. c. 9. q. 8.* divortium potest & concedi posse etiam propter pollutionem, quia hæc videtur generaliter venire nomine fornicationis, refertque pro eo *S. Aug. S. Th. S. Bonav. Toftatum, Abbatem*; sed *Sanch. l. 10. d. 4.* alii que plurimi cum *Busenb. & Mastr.* n. 129. melius negant, quia per hanc non dividitur caro cum aliena per concubitum, quæ est ratio faciendi divortium ob fornicationem. Fatentur tamen valde probabiliter *S. Th. S. Bonav. Dur. Cyn. Tann. Hurr. Bonac. Sperell.* decis. 140. à n. 40. sufficiens sodomiam cum tertia persona: quod extendunt multi cum *Busenb. & Krim.* n. 1525. etiam ad bestialitatem, quamvis præter citatos à *Bohusio* contradicant *Im. III. Pont. & Avers. f. 1.* eo quod ista non sint copula apta ad generationem, quam spuria proles in domum vel familiam alterius conjugis induci possit, quod videtur rectius repugnare Matrimonio: & sicuti ista bestialia non sufficiunt ad inducendam affinitatem, irregularitatem bigamiæ, ita nec videntur

afficiere ad divortium: sed ratio nostra est, quia
per ista verè dividitur caro, & adulterans fit una
caro cum altera persona vel bestia, & quidem
maximè contra naturam. *Mastr.* suprà agnoscit
utramque sententiam esse probabilem.

§ 12. Si adulterium fit certò commissum, 437.
divortium quoad torum, sive denegationem
debiti, quæ actio privata est, fieri potest autho-
ritate propriâ, uti habet communis cum *S. Th.*
De divortio etiam quoad habitationem, cum
hoc sit quid publicum, est major difficultas,
nam saltem quamdiu adulterium est occultum,
docent *S. Th. S. Bonav. S. Anton. Durand. Bellarin.*
Dicam. Sperell. decis. 138. *Aversf.* f. 2. & alii multi,
fieri non posse autoritate propriâ, quia ita vi-
detur statui *Can. Saculares* 32. q. 2. *Can. Multro-*
rum 33. q. 6. *Can. Porrò.* De divort. Et Rationes
sunt, 1. quia Matrimonium tale publicâ au-
thoritate Ecclesiæ celebratum est, ergo sine ea
non est ab eo recedendum. 2. Quia quoad pu-
blicam, nemo in propria causa debet esse Judex.
Quia divortium tale est pœna publica, ergo
debet provenire à Judice. Excipiunt aliqui, si
nocens ad vitandam infamiam suâ sponte vel-
let cedere: alii addunt, si innocens probare non
possit in foro externo, dicunt enim tum com-
muniter omnes posse clam se subducere, præ-
terendo negotia alibi, per hoc enim nocenti
nullam injuriam facit. E contra innocentem
inuito etiam nocente absolute posse separare se
etiam quoad habitationem docent *Nav. Sor. Hen-*
na. Rebell. Cón. Regim. Bonac. Castrop. Dicast. Sanch.
10. d. 12. n. 31. Burgh. cent. 2. cas. 38. Krim. n.
144. quia Christus, supremus Judex, *Matth. 19.*
viætur absolute dare facultatem dimittendi
propter

propter fornicationem, neque ullum aliud Jus clarum dicit expectandam esse sententiam alterius Judicis humani, maximè cum secundum dicta n. 426. id de Jure naturæ licitum sit. Accedit, quòd conditio ad retinendam obligationem Matrimonii etiam ex autoritate Ecclesie sit non divisio carnis, ergo hac divisione facta non manet obligatio. Denique jus divortii nascitur ex delicto, & non ex publicitate, ergo posito delicto, etiam occulto, est jus ad divortium; Et ideo *Sanch. Pignat.* tom. 9. conf. 139. n. 124. docent uxorem innocentem posse recedere à domo mariti, nec reverti, nisi expulsâ concubinâ. Sententia hæc est probabilis pro foro conscientie, attamen altera *S. Th.* videtur probabilior: & in utraque sententia Judex à nocente imploratus debet innocenti mandare, ut redeat, donec probeat alterius delictum, *Cap. Litteras*, & in simili *Cap. Ex conquestione*, De relictis. Spoliatis. fateturque hoc etiam *Sanch.* à n. 16. & pluribus ostendit *Sperell.* supra.

438. §. 13. Si adulterium uxoris sit certum & publicè notorium, potest vir invitâ uxore & propriâ autoritate non tantùm ingredi Religionem, uti habetur *Cap. Significasti*, De divortio, sed etiam suscipere sacros Ordines, uti cum communi *Sanch.* l. 10. d. 11. n. 16. *Pont. Perz. Pignat.* tom. 8. conf. 133. Tum autem etiam censetur hic esse notorium, si sint probationes in promptu. Plura de probatione adulterii habet *Pignat.* tom. 10. conf. 3.

439. §. 14. Si ex divortio orietur scandalum, ut fieret communiter ex eo, quòd Matrimonium privatâ autoritate dissolveretur, vel quoad vinculum, vel quoad habitationem, in omni-

sententia debet dissolutio fieri auctoritate Ecclesie, ut sic obvietur scandalo, quod maxime valet in casu dubii de causa divortii, tum enim est possessio pro Matrimonio quoad omnia servando.

§. 15. Hæresin Matrimonio supervenientem 440. sufficere ad divortium habetur Cap. *Quæsit*, Cap. *De illa*, Cap. *Quanto*, De divortijs, Cap. *De conversi conjug. & alibi*; Attamen rectè argue S. Th. in 4. dist. 35. q. 1. a. 1. ad 3. procedi ad divortium propter unum actum infidelitatis, sed propter consuetudinem, quæ pertinaciam ostendit, in qua infidelitas persicitur, debet enim esse hæresis, quæ significat pertinaciam, & sufficit ad separationem, non tantum quoad habitationem propter periculum perversionis, sed etiam quoad totum, quia inquit S. Th. supra, est contra Matrimonium, quod est proles educanda ad cultum Dei: Potestque pars catholica recedere auctoritate propria, quia Cap. *De illa*, De divortijs dicitur, mulierem, quæ absque iudicio Ecclesie à viro in hæresin lapsa recesserat, esse reddendam, quando vir ad fidem redierit: Et additur, illo casu esse compellendam, ut ad illum redeat: unde si vel ipsa Religionem, vel vir sacrum Ordinem suscepisset, redire deberet ad conversum, necnon si iudicio Ecclesie facta esset separatio, catholicus non teneretur recipere conversum, sed posset mutare statum, aut etiam in sæculo sic permanere separatus, uti habetur Cap. *De illa*, de iur. que Gonz. Pont. Krim. à n. 1554. contra Hæreticum tamen conversus non posset si consensu catholici mutare statum: quod si non posset, posset ab illo revocari. Hæc omnia pluri-

... mor. ... audii ... Croix ... VIII

pluribus deducit, *Avers. l. 9.* citatque Authores in oppositas sententias hic valde divisos.

Obji. Christus *Matth. 5. & 19.* dicit, viro non licere dimittere uxorem, *excepta causa fornicationis* five adulterii, ergo hæresis non est sufficiens causa divortii. R. Omissis variis explicationibus, quas refert *Avers. l. 9. §. ult.* dici potest, Christum voluisse solum adulterium esse ex Jure divino causam perpetui divortii, quamvis aliæ causæ postea ex Jure ecclesiastico sint additæ ad divortium saltem ad tempus, & tales sunt etiam scandalum, sævitia, morbus contagiosus, mutui consensus &c.

445. §. 16. Divortium fieri non potest ob quodvis crimen, nam *Alex. III. Cap. Quæstio De divortiiis*, declarat, quod mulier pro furto vel alio crimine viri sui, ab eo separari non debet: posset tamen quandoque fieri etiam propriâ autoritate et aliis etiam causis, si ita postularet præceptum correctionis fraternæ, metus injusti damni, aut etiam periculum ruinæ spiritualis, secundum illud *Matth. 18. ; si manus tua, pes tuus, oculus tuus scandalizet te &c. projice abs te*: Estque hoc de Jure naturæ, quo quisque obligatur studere salutis suæ: sed hæc intelliguntur ad tempus, nam cessante necessitate illud quoque cessat, quod pro necessitate factum est, *Can. Ordinationes 9. q. 1.* Videri potest *Avers. q. 23. l. 10.*

446. §. 17. Circa causam divortii ob sævitiam, *Cap. De Benedicto, 32. q. 1.* conceditur divortium, etiam nocenti post adulterium, ne perpetuis vexationibus crucietur. Nec in casu sævitie locum habet compensatio, quia si mutuo alter ab altero sibi timeat, uterque potest divertere. Non sufficit autem esse malè tractatum de præterito.

terio, si pro futuro non timeatur malum grave, quia non conceditur ad ulciscendam, sed vitandam injuriam saltem probabiliter imminuentem. Et si sit periculum in mora, fieri potest auctoritate propria, aliàs per Judicem, qui solus separare potest in perpetuum, si non sit spes remedii. Vide *Avers.* q. 23. l. 10. & præcipue *Sperell.* decis. 139. ubi adductis legibus, Auctoribus & rationibus probat sequentia, 1. si vir moderatè, & ex eà causa uxorem verberaverit, ad quod jus habet, non ideo potest uxor divertere, nec ideo tenetur vir conjugii consulere per remedium cautionis. 2. Si vir sæpius percutiens excesserit modum domesticæ correctionis, adeoque fuerint atrocita verbera, sitque ideo prudens timor novæ molestiæ gravis, non ideo statim concedenda est separatio tori, sed sufficere potest cautio pignoratitia, fidejussoria, & quantumque juratoria tantum de non offendendo imposterum. 3. Quando concurrunt sæpius exercita atrox sævitia & talis prudens timor futuræ, non videatur sufficienter consultum per cautionem, *Cap. Litteras, De restit. spoliat.* conceditur divortium his, verbis: *Si tanta sit sævitia, ut mulieri repidanti non possit sufficiens securitas provideri, non solum non debet ei restitui, sed ab eo potius amoveri.* Quando nam dicatur sævitia vel atrox verberatio, dat exempla *Sperell.* à n. 62. qui decis. 131. n. 70. notat, uxori de sævitia viri conquesti non credi, nisi illam probet.

§. 18. *Cum quilibet ad renuntiandum juri suo libere habeat facultatem, Cap. Ex conscientia, De crimine falsi, & divortium sit pœna delinquentis in favor innocentis, eo non tenetur innocens, si nolit, Sanch. l. 10. d. 13. Krim. num. 1542. Tom. VIII,*

T Docent

II
201
mor.
I. audit
Crox
VIII

Docent quidem S. Th. S. Bonav. Caj. Sylv. alique multi peccare virum, si permaneat in consortio adulteræ, nam Cap. Si vir, De adulteriis dicitur: Si vir sciens uxorem suam deliquisse, quæ non egerit penitentiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus erit, & ejus peccati particeps: Et similiter Nav. Sor. Bonac. Gob. & alii docent ex Cap. Si quis uxorem, l. 32. q. 1. teneri etiam uxorem dimittere adulterum se non emendantem: quæ vera sunt, si ita postulet præceptum correctionis fraternæ, vel scandali vitandi, de cætero rectè ostendit Avers. l. 5. correctionem illam per dimissionem rarò profuturam, quia conjux dimissus magis & liberiùs indulgèbit adulteriis: scandalum autem faciliùs tolletur, & cum majori spe pœnitentiæ, si privatim & publicè pergat arguere & abstrahere. Nec ideo vir retinens talem uxorem censèbitur esse causa damni legitimè hæredibus causandi, si fortè adultera concipiat ex alieno, id enim ipsè, quantum in se est, impedit, uti suppono, nec semper tenetur aliquis cum gravibus suis incommodis aliena damna cavere.

448. §. 19. Post sententiam divortii perpetui ob fornicationem, potest innocens sine consensu nocentis mutare statum, suscipiendo sacros Ordines vel Religionem, Cap. Constitutus. Cap. Mulier. De convers. conjug. & hoc est, quod dixi l. 6. p. 2. n. 2220. tenetque communis cum Pign. tom. 10. conf. 3. Post sententiam divortii non perpetui, sed ad tempus, donec nocens v. g. emendârit mores, innocens non potest mutare statum, uti nec, si separaverit se auctoritate propriâ, nam nocens, saltè emendatus possit implorare Judicem, & repetere conjugem, cuius

restitutio verget in scandalum, aut etiam in
damnum statûs religiosi vel clericalis.

§. 20. Quando innocens mutat statum, v. g. 442.
suscipiendo sacros Ordines vel Religionem,

potest nocens etiam sine voto vel præcepto con-
tinentiæ remanere in sæculo, nullibi enim præ-
cipitur huic tale votum vel continentia, unde
mortuo innocente conjugè poterit inire aliud
Matrimonium, *Avers. q. 23. f. 8. Attamen Pignar.*
l. 3. consult. 42. refert aliquas declarationes
Congregationum, quæ dicunt, saltem ubi est pe-
riculum incontinentiæ, si adulter suscipiat sa-
cros vel Ordines Religionem, innocentem ma-
nentem in sæculo debere continentiam vovere.

§. 21. Si conjugatus post sententiam perpe- 450.
tui divortii assumens Religionem vel Ordines,

negat se esse conjugatum, probabilius est cum
Avers. q. 23. f. 8. contra Sanch. peccare mortali-
ter, quia est res valde notabilis, & Superior vel
Episcopus habebat jus interrogandi, ergo alter
obligationem manifestandi, cum possint cau-
sa vel circumstantiæ promotionem talem im-
pedire.

§. 22. Si divortium sit propriâ autoritate 451.
factum, & innocens non immutaverit statum,

non recipere nocentem, si emendaverit se, &
non sit prudens periculum relapsûs, *Can. Quod
dicitur, 32. q. 2. Can. Si vir, De adult. Can. Ego dixi
14. q. 1. quamvis Avers. f. 6. putet ibi non imponi
obligationem sed asseri convenientiam & quan-
tam æquitatem. E contra si divortium pro-
prie fornicationem in perpetuum per senten-
tiam Judicis factum sit, innocens cogi non po-
test ad recipiendum, nisi committat simile cri-
men, *Can. De benedicto, 32. q. 2. Can. Admonere,**

T 2

33.

Handwritten text on the book's spine, including the words "mor.", "audi", "Crox", and "VIII".

33. q. 1. Cap. *Gaudemus*, De convers. conjug. Potest tamen etiam tum, si velit, propria auctoritate recipere, uti habet communissima cum *Avers. f. 6.* quia sententia lata est in favorem innocentis, & quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum, Reg. 61. Juris in 6. Teneturque nocens separatus privatâ auctoritate innocentis, redire, si revocetur ab innocente, & de licentia ejus non immutârit statum, imò quamvis per sententiam sit separatus, non potest immutare statum sine consensu saltem tacito innocentis, quia hic retinet jus eum revocandi, si velit, ergo nocens tenetur redire, S. Th. S. Bonav. S. Anton. Sily. Angel. Sanch. Pont. *Avers. l. 6.* & S. Mastr. n. 135. Krim. n. 1580. Si tamen innocens per sententiam separatus ter cum congruo intervallo temporis, aut saltem per biennium rogatus, renuat recipere nocentem emendatum, hic poterit absque illius consensu in Religione profiteri, Cap. *Gaudemus* supra, Authent. *Sed hodie.* Cod. De adult.

452. §. 23. Sanch. l. 10. d. 14. n. 2. docet, si innocens internè tantùm condonet delictum, non posse postea in conscientia intentare divortium: sed meliùs contradicit *Avers. f. 7.* quia in commercio humano interna volitio non obligat, si nullo signo manifestur, imò quamvis innocens externè manifestet, si nocens non acceptet sed recuset, probabilius est contra eundem Sanch. innocentem posse condonationem suam revocare, talis enim gratia inter homines censetur indigere tacitâ saltem acceptatione.

453. §. 24. Si innocens conscius delicti, ante vel post sententiam divortii petat, aut alteri petenti reddat debitum, hoc ipso pro foro externi

presumitur condonare, cum id liberè faciat, nec obligatus: aliud tamen est, si faceret coactus per metum aut sententiam, vel ex errore, S. Th. S. Bonav. *Dist. Addit Avers.* etiam tactus, amplexus, oscula esse sufficientia signa condonationis interne, cum ordinentur ad copulam. Et idem est, si redeant ad mutuam familiaritatem, mensam, vel cohabitationem eandem: Si tamen reperta internè nollet condonare, quamvis etiam sic diceret se condonare, non ideo pro foro conscientie perderet jus, quia cessio requirit consensum internum, uti donationes alique contractus, secundum dicta l. 3. p. 2. n. 608. *Sa, Sanch. Avers.* contra S. Bonav. *Sot. & alios.* Nec obstat, quòd ita fingendo videatur facere injuriam, cum non causet damnum, injuria non est talis, ut ideo teneatur postea sincerè condonare. Imò si innocens talia signa condonationis ponat, habendo se indifferenter, non cogitando an condonet vel non, aut ignorando, quòd talia signa sufficiant ad condonationem, *Avers.* probabilius dicit contra *Sanch.* in conscientia non teneri postea condonare, quia videtur requiri expressa voluntas cedendi hoc suo multum æstimabili jure.

§. 25. Quamvis crimina conjugum utrimque non sint omnino æqualia, quia v. g. unum est occultum, alterum publicum, unum adulterium, alterum incestus vel sodomia: item quamvis unus semel tantum, alter decies commiserit adulterium, nihilominus hæc crimina compensant se, nec datur locus divortio, uti colligitur ex Cap. *Tua fraternitas* De adult. conjug. docentque S. Th. S. Bonav. *Palud. Gabr. Sanch. & alii* cum *Avers. l. 4.* contra *Hosliens. Joannem Andr. & alios.*

& alios. Et universaliter, ut crimina se compensent, requiritur & sufficit, quod utrumque de se det iustam causam divortii, tunc enim censentur paria, idest, pariter per se sufficientia ad divortium, *Mastr.* n. 132.

Obi. Ex dictis, adulterium & hæresis sufficiunt ad divortium, & tamen si uxor labatur in adulterium, vir in hæresin, hæc crimina non compensant se, sed uxor potest divertere à viro. *R.* Aliqui cum *Krim.* n. 1563. probabiliter dicunt, cum crimina illa sint planè disparata, & hæresis directè non sit contra fidem Matrimonii, quod nullo modo se compensent, sed singuli possint petere separationem. *Sanch. Pont. Avers.* l. 9. etiam probabiliter dicunt hæresin ex dispositione speciali Juris necessariò causare divortium, & ideo, ubi illa intervenit, non dari compensationem, sed separationem necessariò faciendam esse, quod verum est, & quidem ex præcepto naturali, si adsit periculum pervertionis: è contrà, si hoc periculum absit, probabiliter dicunt *S. Anton. Silv. Arm.* & alii dari etiam inter illa crimina compensationem, & neutrum posse ab altero divertere: & ideo postea fateatur cum aliis *Avers.* posse cum hæretico dimisso fieri reconciliationem, quamvis hæresin non dimittat, dummodo absit pervertionis aut alterius mali periculum, quod abesse potest; quando autem ex dispensatione Ecclesiæ contrahitur Matrimonium catholici cum hæretico, omnes fateantur fieri non posse divortium. Similiter docet cum communi *Pignat.* tom. 7. conf. 51. separari non debere conjuges, primò hæreticos, si eorum unus convertatur ad fidem, quamvis inter eos ideo ortæ essent aliquæ dissensiones, hinc
su-

Suprà n. 440. tantùm locuti sumus de hæresi superveniente Matrimonio inter catholicos contracto.

§. 26. Si uterque commiserit crimen ad divortium sufficiens, sed unus egerit pœnitentiam, alter autem pergat in crimine, S. Anton. lib. & alii putant primum posse facere divortium, qui per pœnitentiam quasi rediit ad statum innocentie. E contra Ledesin. Hurtad. Pont. l. 1. c. 17. & alii dicunt, quòd crimina pergant se compensare, cum antecedenter sint posita. S. Bonar. Henr. Regim. Côn. Bonac. Sanch. Avers. f. 4. Mastr. n. 132. probabilius tenent cum prima sententia, pœnitens alterum admonuit, qui tamen contumaciter pergat; si autem non admonuit, tenentur secunda, quia ille pergens necdum cessari potest contumax.

§. 27. Si vir etiam post sententiam divortii committat simile crimen, antequam statum mutaverit per religiosam professionem vel sacros Ordines, Cap. Ex litteris. De divort. jubetur redire ad dimissam, & ita etiam docent Côn. Avers. Mastr. n. 133. quia vir manebat obligatus fide Matrimonii, ergo si hanc frangat uxore dimissa, delicta se compensant. Addit Pignat. n. 8. consult. 148. etiam posse revocare dimissionem, si sit in periculo incontinentie, quamvis ipsa cum consensu viri emisisset votum castitatis. Rectè tamen notat Avers. f. 4. virum non teneri se prodere vel offerre non petenti, aut ignare sui criminis; imò si sententiã Judicis separati sit, probabilius videtur non teneri redire, nisi per Judicem compellatur: attamen etiam probabiliter dicunt Castrop. & Krim. n. 1577. contra Sanch. & Laym. quamvis sententia divortii

T 4

tran-

mor.
audii
Crox
VIII

transierit in rem iudicatam, id est, quamvis tempus à sententia Iudicis appellandi jam esset elapsum, nihilominus innocentem in conscientia teneri reconciliari, si simile crimen committat, quia non habuit, nec sententia dabat ipsi jus divertendi, nisi, quamdiu innocens esset, quia si fiat similiter nocens, nullum amplius jus habet. Excipit rectè *Pont. l. 9. c. 20. n. 7.* si fieret similiter nocens, postquam professionem vel sacros Ordines suscepisset, quia tum non deberet præjudicari juri, quod Religio vel Ordo legitime acquisivisset.

457. §. 28. Si etiam post plurimos annos ostendatur sententiam divortii fuisse latam ex falsis causis, vir debet redire ad dimissam, quamvis in Religione professus sit, vel sacros Ordines suscepit, quia talis sententia, in quantum est contra innocentem, nunquam transit in iudicatum, quin ipsi liceat per viam querelæ contra eam agere, quamvis non per viam appellationis, mansitque jus dimissæ, quod Judex noluit tollere, *S. Th. S. Bonav. Sanch. l. 10. d. 9. Castrop. Krim. n. 1578 & à n. 1671.* si tamen etiam dimissa professæ esset in Religione, *Sanch.* putat cessasse juri suo, sed adhuc contradicit *Castrop.* quia neuter valide consensit, cum error in substantia dederit causam. Et *Krim. n. 1579.* dicit hoc esse probabilius, quamvis *n. 1677.* etiam oppositum teneat.

458. §. 29. Quid dicendum sit circa alimentacionem alterius conjugis, quando divortium fit cum vel sine culpâ conjugis, dixi l. 3. p. 1. à n. 710. Si autem culpâ patris factum sit divortium, liberi apud matrem educantur expensis patris: si factum sit culpâ matris, educantur apud patrem expen-

expensis matris, uti statuit Jus apud *Sperell.* decis. 131. n. 104. potestque videri etiam *Krim. n.* 134. An vero uxori adulteræ debeantur alimenta, pars acquisite, restitutio dotis saltem per hæredes, si maritus obiit, dixi l. 3. p. 1. n. 714. Et de illis videri potest etiam *Sperell.* in 20. ubi inter cætera putat lite pendente deberi conjugii, contra quem agitur, si ex suis aliunde non habeat, uti etiam debentur Monacho contra Abbatem litiganti, si nempe adsit præsumptio boni juris. An autem talis litigans debeat fidejubere de refundendis expensis in casu succumbentiæ, examinat *Sperell.* à n. 97. possuntque etiam multa circa ista videri apud *Krim.* à n. 145. usque ad 1608.

De divortio videri potest etiam *Gob. in Exper.* in 10. n. 714. ubi in compendium redigit ea, quæ in Quinario tr. 5. à c. 32. usque ad 45. fuse et illo disputat. Quid dicendum sit de donationibus inter conjuges ac restitutione dotis, quando supervenit divortium, videri etiam possit fuse *Krim.* à n. 1685.

CAPUT III:

459.

De impedimentis Matrimonii.

Duplicis generis sunt impedimenta, quædam illicitum tantum, alia insuper irritum Matrimonium reddunt: Priora dicuntur impedientia, Posteriora, dirimentia.

DUBIUM I.

Quæ sint impedimenta impedientia tantum.

Resp. Præter peccatum mortale & excommunicationem, sex potissimum reddunt Matrimonium mortaliter illicitum, scilicet:

T 5

Eccle-